

CAPUT II.

De Ministro Sacramenti Poenitentiae.

DUBIUM I.

Quis sit Minister.

539. *Confessarii indigent approbatione et jurisdictione.* — 540. *An in casu necessitatis sit obligatio confitendi laico vel clero.* — *An vero clericus vel laicus, in articulo mortis, deficiente sacerdote, possit absolvere a censuris.* — 541. *Nullus autem sacerdos valide absolvit, nisi sit approbatus vel parochus.*

Minister
Poenitentiae, sacerdos approbatus et habens jurisdictionem.

539. — « Resp. Est sacerdos approbatus ab episcopo (saltem respectu saecularium) et habens jurisdictionem. — Est certum.

« Ratio primae partis sumitur ex Joann. xx: *Accipite Spiritum Sanctum: quorum remiseritis, etc.*

« Ratio secundae sumitur ex Tridentino¹, ubi decernit nullum posse audire confessiones saecularium, nisi habeat beneficium parochiale vel approbationem ab episcopo ». (Hanc ad rem facit damnatio inficta ab Alexandre VII duabus propositionibus, scilicet 13 et 16). « Ad didi: *respectu saecularium: quia circa confessiones regularium, concilium nihil videtur mutasse: unde ii cuivis, etiam non approbato, quem praelatus praefecerit, possunt confiteri (intellige, quantum est ex vi concilii: quia Gregorius XV statuit ut monialium confessarius ab Ordinario approbetur).* — Ratio tertiae partis, ex Florentino et Tridentino²: « quia absolutio est actus judicialis, qui requirit subditos ».

Quinam minister pro regularibus.
Tenent autem S. Antoninus, Angelus, Henriquez, Candidus, Panormitanus, Ledesma, etc., apud Salmant.³; et probabile putant Sanchez¹⁰, Croix¹¹; et Diana¹² cum Ledesma⁴, Valero⁵, La Cruz⁶, etc., quod clericus absente sacerdote, et laicus absente clero, in articulo mortis ex praefecto, possunt confiteri (intellige, quantum est ex vi concilii: quia Gregorius XV statuit ut monialium confessarius ab Ordinario approbetur).

¹ Sess. 23, de reform., cap. 15. — *Gregor. XV*, constit. *Inscrutabili*, de die 5 Februar. 1622, § 5; in Bullar. Rom. Mainardi. — *Florent.*, decret. ad Armenos, v. *Quartum*; ap. Labbe, tom. 18, col. 549. — ² Sess. 14, de Sacr. Poenit., cap. 6 et 7. — ³ Lib. 4, dist. 17, n. 5. — ⁴ Suppl., qu. 8, art. 2, ad 1. — ⁵ Tr. 13, n. 62. — ⁶ Lib. 5, tr. 6, cap. 10, n. 1. — ⁷ Tr. 6, cap. 11, n. 3. — ⁸ Lib. 6, part. 2, n. 1482. — ⁹ S. Anton., part. 3, tit. 17, cap. 4, cas. 7. — *Angel.*, v. *Absol-*

540. — « Unde resolves:

« 1º. Nullo casu vel dispensatione, hoc sacramentum valide administratur a non sacerdote ».

Dixit Magister Sententiarum⁸ quod in casu necessitatis debet fidelis confiteri laico. Et huic adhaesit D. Thomas⁹, dicens: *Quando necessitas imminet, debet facere poenitens quod ex parte sua est, scilicet conteri et confiteri cui potest: qui quamvis sacramentum perficere non possit..., defectum tamen sacerdotis Summus Sacerdos supplet.* — Hoc tamen intelligendum est non esse de praecepto, sed de consilio, ad excitandam contritionem, vel ad solatium sive consilium capiendum; ut dicunt Wigand⁵, Laymann⁶, Salmant.⁷, Croix⁸ et alii passim.

Tenent autem S. Antoninus, Angelus, Henriquez, Candidus, Panormitanus, Ledesma, etc., apud Salmant.⁹; et probabile putant Sanchez¹⁰, Croix¹¹; et Diana¹² cum Ledesma⁴, Valero⁵, La Cruz⁶, etc., quod clericus absente sacerdote, et laicus absente clero, in articulo mortis ex praefecto, possunt confiteri (intellige, quantum est ex vi concilii: quia Gregorius XV statuit ut monialium confessarius ab Ordinario approbetur).

¹⁰ Sess. 23, de reform., cap. 15. — *Gregor. XV*, constit. *Inscrutabili*, de die 5 Februar. 1622, § 5; in Bullar. Rom. Mainardi. — *Florent.*, decret. ad Armenos, v. *Quartum*; ap. Labbe, tom. 18, col. 549. — ¹¹ Sess. 14, de Sacr. Poenit., cap. 6 et 7. — ¹² Lib. 4, dist. 17, n. 5. — ⁴ Suppl., qu. 8, art. 2, ad 1. — ⁵ Tr. 13, n. 62. — ⁶ Lib. 5, tr. 6, cap. 10, n. 1. — ⁷ Tr. 6, cap. 11, n. 3. — ⁸ Lib. 6, part. 2, n. 1482. — ⁹ S. Anton., part. 3, tit. 17, cap. 4, cas. 7. — *Angel.*, v. *Absol-*

540. — ^{a)} Petrus de Ledesma, *Sum. de Sacram.*, de Censur., cap. 8, dub. 4, Dico 2^o, hanc opinionem ut longe probabiliorem tenet; Joannes de la Cruz, *Director. conc.*, part. 2, de Excom., n. 12, pariter absolute eam tenet.

Itemque Valerus, *Differ. utriusq. fori*, v. Absolutio, differ. 13, n. 2 et seq., pro foro interno. Et revera isti tres autores a Diana allegantur tamquam absolute patrocinantes huic sententiae.

Non sacerdos nequit absolvere a censuris in articulo mortis.

sumpta concessione Ecclesiae possit absolvere a censuris, ne infirmus privetur sepultura et suffragii.

Sed probabilitus hoc negant communiter tam de laico quam de clero^b). Ita Concina¹, Lugo², Croix³; Salmant.⁴ cum Avila, Palao, Sayro, Cornejo et Villalobos; item Laymann, Coninck, Suarez, Sotus, etc., apud Diana. Ratio, quia id nullo jure nisi sacerdotibus conceditur, et nunquam contrarium in Ecclesia fuit consuetudine introductum. Tanto magis quod eo casu (ut in Rituall habetur), si excommunicatus decesserit cum signo poeni-

tentiae, poterit ejus cadaver absolvit ab habente facultatem super illa excommunicatione.

541. — « 2º. Ubi Tridentinum est rece- ptum (secus alibi), nullus sacerdos, etiam regularis, valide absolvit nisi sit appro- batus vel parochus: cui non solum intra, sed etiam extra dioecesim suam valide delegatur jurisdictione, potestque eligi in confessarium ab omni habente potesta- tem eligendi, quamdiu tamen retinet parochiam. Ita Fillucci⁵, Fagundez, Suarez, Diana⁶. — [Sed de hoc vide dicenda n. 544 et 565].

Solus ap-
probatus
vel paro-
chus valide
absolvit.

Non sacer-
dos nun-
quam vali-
de mini-
strat.

Quid de
confessione
facta laico
in necessi-
tate.

542. Quid est approbatio. — 543. An liceat sacerdoti simplici excipere confessionem veniam. — 544. Dub. 1. An parochus possit adsciscere cooperatorem alium parochum alterius dioecesis. Dub. 2. An ejusdem. — 545. Debet eligi approbatus aut parochus. An sufficiat approbatio sine examine et sine judicio interno. — 546. An sufficiat approbatio petita et negata. — 547. A quo episcopo habenda sit approbatio. — 548. Resolvitur quaestio ex bulla Innocentii XII. — 549. An religiosi approbati in una dioecesi possint audire confessiones in alia. — 550. Alia notanda apud Busenbaum. — 551. An iusta revocatio approbationis sit invalida. — 552. An episcopus ex justa causa possit approbatos iterum examinare, aut approbationem revocare vel restringere. — 553. Sancta a Bened. XIV circa confessionem complicitis de peccato turpi. — 554. Quid veniat nomine peccati turpis. An peccata interna. An dubia. — 555. An absolutio complicitis sit invalida quoad omnia peccata. — 556. Qu. 1. An incurrat censuram papalem qui confessionem complicitis tantum audit, et non absolvit. Qu. 2. An episcopus vel ejus delegatus, ex facultate Tridentini in cap. Liceat, possit absolvere confessarium qui compliciti in pec-

Approba-
tio, quid.

542. — « Resp. Iº. Approbatio non est collatio jurisdictionis, sed tantum publicum judicium de aptitudine personae ad audiendas confessiones, essentialiter praerequisitum (supposito jure Tridentini) ad jurisdictionem recipiendam. — Ita Sanchez⁷ et alii.

¹ De Poenit., lib. 2, diss. 2, cap. 1, n. 10. — ² Disp. 18, n. 7. — ³ Lib. 6, part. 2, n. 1483. — ⁴ Tract. 10, cap. 2, n. 48. — ⁵ Avila, part. 2, cap. 7, disp. 1, dub. 3, concl. 1. — ⁶ Palao, tr. 29, disp. 1, punct. 11, § 3, n. 5. — ⁷ Sayro, de Censur., lib. 2, cap. 21, num. 3. — ⁸ Cornejo, de Censur. generatim, disp. 11, dub. 4. — ⁹ Villalobos, part. 1, tr. 16, diff. 20, n. 18. — ¹⁰ Laymann, lib. 1, tr. 5, part. 2, cap. 6, num. 2, v. *Porro*. — ¹¹ Coninck, disp. 14, dub. 16, num. 236 et 237. — ¹² Suarez, de Censur., disp. 7, sect. 6, n. 6 et seqq. — ¹³ Sotus, in 4, dist. 18,

« Unde resolves:

« 1º Etsi doctores et licentiat, hoc ipso quod promoventur, censeantur (se- cundum quosdam) approbati a Papa, ut notat Sà⁸; — probabilitus tamen est quod ipsi etiam egeant approbatione: [Et hoc hodie certum est ex bulla S. Pii V,

Quid de
doctoribus
et licentia-
tis.

qu. 4, art. 4, v. *Utrum vero. Diana*, part. 3, tract. 4, resol. 138. — *Ritus Rom.*, tit. 3, cap. 4, Ritus absolv. excom. jam mortuum. — ⁵ Tr. 7, cap. 9, n. 257. — *Fagund.*, de 2º praec. Ecc., lib. 7, cap. 2, n. 35 et seqq. — *Suar.*, de Poenit., disp. 28, sect. 4, n. 18 et 20. — ⁶ Part. 3, tr. 4, resol. 146, i. f. — ⁷ De Matr., lib. 3, disp. 29, n. 14 et 15. — ⁸ V. *Confessor*, n. 4 (edit. genuin.). — ⁹ S. Pius V, bull. Romant Pontificis, de die 6 Aug. 1571, § 2; in Bullar. Rom. Mainardi.

^{b)} Omnes quidem autores hic citati negant hanc facultatem laico; non tamen omnes

eamdem denegant simplici clero, saltem expressis ac disertis verbis.

apud Salmant.¹, etiam quoad praelatos regulares.] — « licet non deceat ut ipsi vel « lectores in theologia examinentur ». [Modo legerint moralem].

« 2^o. Etiam parochus qui reliquit beneficium parochiale debet approbari, si velut audire confessiones.

543. — « 3^o. Non requiri hanc approbationem ad auditionem venialium, docet Diana^{a)} ex Valero. — Et ratio esse videatur quod approbatio tantum requiratur in ordine ad jurisdictionem; hanc autem quivis sacerdos pro venialibus (uti et mortalibus, a quibus rite quis est absolutus) habeat collatam ab Ecclesia in ipsa ordinatione, ideoque ab iis absolvitur possit; ut habet Bonacina^{b)}, Vasquez, Suarez, card. de Lugo^{c)}: — ubi docet, ab Ecclesia (in Tridentino) non approbatum, reddi incapacem jurisdictionem, tantum in ordine ad mortalia non prius confessis.

Quaeritur: *an confessio venialium facta simplici sacerdoti sit illicita et invalida?*

Quod sit *illicita*, hodie certum est ex decreto Innocentii XI de communione quotidiana (hoc decretum affertur per extensum apud Bonacina^{d)}, edito anno 1679, 12 Febr.: ubi non solum vetitum fuit episcopis ne *permittant ut venialium*

^{a)} Tr. 6, cap. 11, num. 94. — *Valerus*, v. *Nullitas*, differ. 5, v. *Nono*. — ^{b)} Disp. 5, de Poenit., qu. 7, punct. 1, num. 8. — *Vasq.*, qu. 98, art. 1, dub. 6, n. 5 et seqq., et n. 10. — *Suar.*, de Poenit., disp. 26, sect. 5, n. 5 et 6. — ^{c)} Disp. 18, sect. 3; et disp. 21, n. 1. — *Innoc. XI*, decret. S. C. C. *Cum ad aures*, de die 12 Februar. 1679. — ^{d)} In princip. tom. I. — ^{e)} Cap. 11, n. 8. — ^{f)} *De Sacram. Poenit.*, n. 681. — ^{g)} *De Poenit.*, qu. 8, art. 1, num. 7. — ^{h)} Tr. 28, punct. 13, n. 5. — ⁱ⁾ *Lib. 6*, part. 2, n. 1489. — ^{j)} Disp. 18, n. 41. — ^{k)} Disp. 26, sect. 5, n. 2. — *Herincx*,

confessio fiat... sacerdoti non approbato ab episcopo; sed etiam fuit interdictum ipsis sacerdotibus, his verbis quae immediate sequuntur: *Si... quicumque... sacerdotes secus egerint, sciant Deo... rationem reddituros esse*.

Utrum autem *talis confessio sit invalida?*

Prima sententia communissima negat. Et hanc tenent Salmant.⁵ cum communis (ut asserunt), Holzmann⁶, Viva⁷, Palaus⁸, Croix⁹, Lugo¹⁰, Suarez¹¹; et Elbel^{b)} cum Mastrio^{b)}, Herincx, etc. — Sed unde habeant sacerdotes simplices hanc jurisdictionem auctores discrepant. Nam Paludanus^{c)}, Capreolus^{c)}, Canus, Ledesma et Vasquez (apud Lugo) dicunt habere a Christo Domino, eo quod peccata venialia non sunt materia necessaria; ergo creditur Christus non subdidisse eorum absolutionem potestati Ecclesiae. — Alii vero dicunt jurisdictionem accipere ab Ecclesia; ut Viva¹², Roncaglia¹³; et Lugo¹⁴ cum Suarez, Bonacina^{d)}, Coninck et Henriquez.

Secunda vero sententia, quam tenent Concina¹⁵, et Platel cum aliis, apud Croix¹⁶, affirmat. — Et hanc satis probabilem putto^{e)}. Quia, posito quod simplices sacerdotes non habeant jurisdictionem a Christo, sed ab Ecclesia (ut supra); hodie, post decretum Innocentii, non praesumitur Ec-

*Communi-
nissime ne-
gatur esse
invalidam.*

*Satis pro-
babilitate
invalida.*

*S. Doctor
negat posse.*

Confessio
venialium
facta sim-
plici sacer-
doti, illici-
ta.

543. — ^{a)} Seu rectius: *Valerus apud Diana*, part. 2, tr. 16, resol. 44.

^{b)} *Elbel*, part. 2, confer. 12, de *Jurisdictione confess.*, n. 329, ita sane docet; addit tamen Ecclesiam posse hanc facultatem restringere; et quia de facto Innocentius XI id prohibuit, hinc « sacerdotes simplices non se immisceant audiendas confessionibus venialium ». — *Mastrius* autem, quamvis citetur ab Elbel ut assertor S. Doctor, videtur inclinare potius in secundam sententiam; utramque enim, *Theol. mor.*, disp. 21, qu. 8, n. 202, exponit, sed probationes secundae tantum afferit.

^{c)} *Paludanus*, a Lugo ex Vasquez, sed minus diligenter citatus, scribit quemlibet sacer-

dotem posse a venialibus absolvere, « quia de his [homo] nulli homini est obligatus ». Ita ille, in 4, dist. 19, qu. 2, art. 3, v. *Quantum ad secundum*; quem *Capreolus*, in 4, dist. 19, qu. unic., art. 3, v. *Ad objecta contra 3 concl.*, refert et approbat.

^{d)} *Bonacina* non satis accurate citatur a Lugo; dicit enim disp. 5, qu. 7, punct. 1, n. 8, facultatem hanc esse « ab Ecclesia vel a jure divino, ut docet Vasquez... et alii DD. citandi ».

^{e)} Et in *Hom. apost.*, tr. 16, n. 77, S. Doctor hanc sententiam valde probabilem existimat; et in *Confess. directo*, cap. 15, n. 29, eam absolute et unice docet.

clesia velle eis conferre jurisdictionem, cum ipsis expresse prohibeat uti tali jurisdictione.

544. — « 4^o. Parochi non possunt adscribere cooperatores nisi parochos vel approbatos; ut habet Fagundez¹, Sanchez, etc., ex declaratione cardinalium: « contra Ledesma et alios. — Vide Diana² et Bonacina³ ».

Hic dubitatur 1^o. *An parochus possit advocacy parochum alienae dioecesis, ad excipiendas confessiones suorum subditorum?*

Prima sententia affirmat. Et hanc tenent Palaus⁴, Lugo⁵, Concina⁶, Viva⁷, Wigandt⁸; item Suarez, Vasquez, Aversa, etc., apud Croix⁹. — Ratio, quia parochus censemur approbatus pro tota Ecclesia; ut supponunt inferri ex Tridentino¹⁰, ubi dicitur: *Nullum... posse confessiones... audire, nec ad id idoneum reputari, nisi aut parochiale beneficium, etc., obtineat*. Hinc colligunt parochiale beneficium ponit a Tridentino pro approbatione universalis:

Secunda vero sententia, cui mihi libet adhaerere, negat; eamque tenent Barbosa^{a)}, noster Summus Pontifex Benedictus XIV¹¹; et Croix^{b)} cum Laymann, Garcia, Homobono et Piasecio. Ratio, quia parochus minime approbatur ab Ecclesia universalis, sed tantum ex dispositione Tri-

¹⁾ De 2^o praecc. Eccl. lib. 7, cap. 2, n. 43. — *Sanct. Joan.*, Select. disp. 48, n. 51. — *Petr. Ledesma*, Sum., de Sacr. Poenit., cap. 11, concl. 5, Dub. — ²⁾ *Tract. 3*, tr. 4, resol. 146. — ³⁾ Disp. 5, qu. 7, punct. 4, § 1, n. 12. — ⁴⁾ *Tr. 23*, punct. 17, § 2, n. 8. — ⁵⁾ Disp. 21, num. 8. — ⁶⁾ *Lib. 2*, diss. 2, cap. 4, n. 3. — ⁷⁾ In prop. 16 Alex. VII, n. 11. — ⁸⁾ *Tr. 18*, n. 68, v. *Resp. 12*. — *Suar.*, disp. 28, sect. 4, num. 18 et seq. — *Vasq.*, qu. 98, art. 3, dub. 4, num. 3. — *Aversa*, qu. 16, sect. 2, qu. 1, cap. 2, § 1, qu. 1. — ¹⁰⁾ In Trid., sess. 23, de reform., cap. 15. — ¹¹⁾ *Notif. 86*, num. 7. — *Laym.*, lib. 5, tr. 6, cap. 11, n. 9. — *Nicol. Garcia*, de Benefic., part. 5, cap. 8, n. 87, ad 4 dub. — *Loc. cit.* Et haec declaratio habetur etiam ap. Pallottini, v. *Parochus*, § 2, num. 72.

biliter, inquit, contradicunt auctores quos citat.

^{c)} Declaratio haec utique habetur apud Pittonium; sed apud Pallottini, v. *Parochus*, § 2, n. 73, ita legitur: « Neque, dimissa parochia, confessiones potest audire in altera dioecesi absque illius dioecesis Ordinarii licentia ».

^{d)} *Croix*, n. 1537, communio rem vocat opinionem quae dicit parochum censeri approbatum pro tota Ecclesia, etiam extra propriam dioecesim.

^{e)} *Homobonus*, (quidquid hic dicat Barbosa),

Quid de pa-
rocho alie-
nae paro-
chiae ejus-
dem dioec-
sis.

spondit: *Censeri, ad audiendas confessio-nes dumtaxat in ea civitate vel oppido ubi sit parochialis, non autem passim per totam dioecesim.* — Et ratio hujus sententiae est, quia (sicut diximus) parochus non approbatur ab Ecclesia pro Ecclesia universalis; sed tantum ab episcopo juxta episcopi voluntatem. Unde, nisi constet aliunde de diversa voluntate episcopi, parochus censetur approbatus tantum pro parochia ad quam eligitur: potest enim episcopus aliquem judicare idoneum pro uno loco, et non pro alio.

Recte vero dicunt Bonacina¹⁾ Clericatus¹ (idque admittit Benedictus XIV²⁾), quod sententia opposita locum habere potest in iis locis ubi talis adsit consuetudo, quae jurisdictionem bene conferre valet. — Immo Wigandt³⁾ primam opinionem approbat *ex praxi* (ut asserit) *variarum dioecesum*.

545. — « 5°. Qui habet potestatem eligendi confessarium, non potest eligere nisi approbatum vel parochum.

« 6°. Ad approbationem non necessario requiritur examen, modo adsit judicium prudens de sufficientia. Coninck, Laymann ». — [Et quamvis episcopus interne reprobet, valet externa approbatio ad jurisdictionem conferendam. Salmant.⁴⁾].

546. — « 7°. Non sufficit approbatio petita et negata; ut docetur communiter, contra Navarrum⁵⁾, Henriquez⁶⁾ et Dia-

¹⁾ De Poenit., decis. 37, n. 12. — ²⁾ Notif. 86, num. 14, edit. ital., tom. 4, notif. 19, v. f.). — ³⁾ Tr. 13, n. 80. — ⁴⁾ Coninck, disp. 8, dub. 7, n. 48 et 49. — ⁵⁾ Laym., lib. 5, tr. 6, cap. 11, n. 1 et 2. — ⁶⁾ Tr. 6, cap. 11, n. 91. — ⁷⁾ Laym., loc. cit., n. 4. — ⁸⁾ Trid., sess. 23, de reform., cap. 15. — ⁹⁾ Urban. VIII,

loquitur de parocho alienae dioecesis, quem, *Exam. eccl.*, tr. 5, cap. 3, qu. 15, dicit posse adscisci tempore jubilaei ad audiendas confessiones in alia dioecesi, « cum eo ipso quod beneficium parochiale obtinuit, sufficienter approbatus censeatur ».

¹⁾ Bonacina, disp. 5, qu. 7, punct. 4, § 1, n. 12, videtur id tenere; negat enim posse jurisdictionem a parocho conferri alii parocho, quidquid alii sentiant de consuetudine. Et exponit hanc consuetudinem, quam videatur probare.

546. — ^{a)} Scilicet Navarrus, *Man.*, cap. 27, n. 264; et Henriquez, lib. 6, cap. 6, n. 4, id habent de Mendicantibus praesentatis a suis praelatis, et quibus injuste denegatur approbatio. Et ita etiam citantur a Diana, part. 3,

« na^{a)}. — Etsi probabiliter cum praedictis docuerint Coninck^{b)} et Laymann, regulares Mendicantes, si ab episcopo repellantur, cum manifeste idonei sint, et a praelatis suis praesententur, posse nihilominus pro confessionibus saecularium exponi; ut habetur clementina *Dudum*, § Si vero iudem. — Istis tamen pri vilegiis Tridentinum et Urbanum VIII anno 1628 derogasse notat card. de Lugo^{c)}.

Ideoque opinio Laymanni et Coninck^{b)} hodie improbabilis est; maxime post prop. 13 damnatam ab Alexandro VII, quae dicebat: *Satisfacit praecepto annuae confessionis qui confitetur regulari episcopo praesentato, sed ab eo injuste reprobato.* Privilegium autem loquitur quando injuste negatur jurisdictione: non autem si injuste negetur approbatio, quae de jure novo Tridentini hodie necessario requiriatur; ut recte dicunt Salmant.^{d)} cum Lugo.

547. — « Resp. II^{e)}. Approbatio petenda est ab episcopo, et quidem proprio, scilicet sacerdotis, ut intelligunt Suarez, Coninck, Reginaldus, Fillucci et alii; vel, ut probabiliter vult Vasquez^{a)}, poenitentis. Ratio, quia est actus jurisdictionis, vel saltem auctoritativa declarationis, ergo debet fieri a superiore. — Porro, nomine *episcopi* etiam intelliguntur praelati habentes jurisdictionem episcopalem, ut quidam abbates, et capitu-

^{a)} Approbatio petenda ab episcopo proprio.

brev. Cum sicut accepimus, de die 12 Sept. 1628, § 1, in Bullar. Rom. Mainardi. — ^{b)} Disp. 21, n. 29, 51 et seqq. — ^{c)} Loc. cit., n. 95. — ^{d)} Lugo, disp. 21, n. 58. — ^{e)} Suar., disp. 28, sect. 6, n. 6, 7 et 10. — ^{f)} Coninck, disp. 8, n. 50. — ^{g)} Regin., lib. 1, n. 184. — ^{h)} Fill., tr. 7, cap. 9, n. 260.

tr. 2, resol. 24, qui opiniones refert, nec suum sensum de ista opinione manifestat.

^{b)} Coninck contrariam sententiam expresse tenet; quaerit enim « utrum is cui injuste negatur approbatio, hoc ipso censeatur approbatus », et respondet: « Quidam enim hoc assentunt... Sed contrarium dicendum est. Primo, quia Tridentinum absolute requirit approbationem non obstantibus quibuscumque privilegiis: quibus verbis videtur derogare Clementinae *Dudum*... quatenus hac in re Mendicantibus favere videbatur ». Ita ille, n. 58.

547. — ^{a)} Rectius: Vasquez, qu. 93, art. 3, dub. 4, vult approbationem petendam esse ab episcopo loci in quo quis confessiones audit; quae est ipsius S. Alphonsi sententia, ut videare est infra, n. 548.

« lum sede vacante; non autem provinciales aut generales ordinum ».

Episcopus confirmatus, etsi nondum consecratus, recte potest approbare; quia jam habet jurisdictionem. Secus, si sit tantum electus, et non confirmatus, vel qui episcopatum renuntiavit; quia tunc jurisdictione caret. — Salmant.ⁱ⁾ cum Lugo, et Croix^{j)}.

548. — Quaeritur: *a quoniam Ordinario habenda sit approbatio?* — Tres sunt sententiae:

Prima sententia docet habendam esse ab Ordinario *poenitentis*; quia ad illum spectat, cui vult suas oves committere, et erga ipsas jurisdictionem concedere.

Ita Vasquez^{a)}, apud Busenbaum hic, qui probabile vocat; et ita plurimi doctores apud Suarez, ut testantur Salmant.^{b)} Hinc Salmant.^{c)} tenet confessarium approbatum ab episcopo poenitentis posse excipere ejus confessionem in alia dioecesi, si ibi peregrinetur, sine loci Ordinarii approbatione. — Hanc Croix^{d)} vocat non improbabilem, saltem (ut ait) pro parocho, vel confessario magnatum, qui respectu istorum habetur pro parocho. Sed quoad *parochum* respectu subditorum, recte affirmant Salmant.^{e)} ex communi, et ex decreto S. Congregationis (relato n. 544, *Dubit. I*). — Quoad *delegatum* vero, etiam dicunt ex Lugone, Suario, etc., posse istum absolvere subditos delegantis ubique eos reperit. Et ita etiam tenet Busenbaum (Dub. III sequenti, n. 566, ad 2) cum Suarez, Henriquez, Sanchez et aliis.

^{a)} Tr. 6, cap. 11, n. 96. — ^{b)} Lugo, disp. 21, sect. 2, n. 27. — ^{c)} Lib. 6, part. 2, num. 1495. — ^{d)} Suar., disp. 28, sect. 6, n. 5. — ^{e)} Loc. cit., n. 99. — ^{f)} Loc. cit., num. 100, v. f. — ^{g)} Loc. cit., n. 1516. — ^{h)} Tr. 6, cap. 11, num. 55. — ⁱ⁾ Lugo, disp. 19, n. 8. — ^{j)} Suar., disp. 25, sect. 1, n. 17. — ^{k)} Suar., loc. cit. — ^{l)} Henrig., lib. 6, cap. 7, n. 1. — ^{m)} Sanch., de Matr., lib. 3, disp. 34, n. 2. — ⁿ⁾ Qu. 7, punct. 4, § 1, num. 15. — ^{o)} De Poenit., qu. 8, art. 3, n. 3. — ^{p)} Coninck, disp. 8, n. 50. — ^{q)} Suar., disp. 28, sect. 6, n. 6 et 10; et sect. 7, n. 3 et 8. — ^{r)} Tr. 6, cap. 11, n. 99. — ^{s)} Qu. 5, cap. 1, qu. 6.

548. — ^{a)} De Vasquez vide notam superiore.

^{b)} Quidquid dicat Viva, Lugo, disp. 21, sect. 2, n. 35, tertiam sententiam tenet, eamdem scilicet quae S. Alphonse probatur. Quamvis enim dicat require approbationem Ordinarii ipsius confessoris; at « debet... intelligi Ordinarius, inquit, juxta subjectam materiam, non ille cui ratione domicili aut originis, sa-

cerdos subest, sed cui subest in ordine ad hoc ministerium audiendi confessiones talium personarum... Unde licet sacerdos peregrinus approbat sit ab Ordinario sui domicili, non tamen est approbatus a suo Ordinario, si non approbatur ab Ordinario hujus loci; quia Ordinarius suus, in ordine ad confessiones hujus dioecesis audiendas, est solus ille cui in ordine ad hoc munus subditur ».

Juxta alios, ab Ordinario sa-
cerdotis.

Juxta alios,
ab Ordina-
rio loci ubi
confessio
excipitur.

Haec ul-
tima op-
nio omnino
tenenda.

Salmant.¹⁾, ubi sic sancitum fuit: *Confessarii tam saeculares quam regulares, qui cumque illi sint, in vim... bullae Cruciae... nullatenus confessiones... audire valeant sine approbatione... episcopi... loci in quo ipsi poenitentes degunt et confessarios eligunt... Nec ad hoc suffragari approbatorem, semel vel pluries ab aliis Ordinariis aliorum locorum et dioecesum obtentam, etiam si poenitentes illorum Ordinariorum, qui confessarios electos approbassent, subditi forent.* Deinde Pontifex declarat alias confessiones fore invalidas, et confessarios suspensos, etc., reprobata tamquam falsa et temeraria, quacumque contraria opinione. Et constat ex eadem bulla Pontificem locutum fuisse ex cathedra; ut ostendunt Salmant.²⁾. — Bullam Innocentii nuper confirmavit Summus Pontifex Benedictus XIV per aliam bullam quae incipit: *Apostolica, etc.*

Scribit Mazzotta³⁾ has praefatas bullas^{c)} minime elidere probabilitatem primae sententiae Suarri, etc. (ut supra). Ait enim bullam Innocentii emanatam fuisse ob querelas episcoporum Portugalliae, eo quod sui subditi sine ipsorum licentia confessarios eligebant per alios Ordinarios approbatos, etiamsi iidem alieni Ordinarii

¹⁾ Tr. 18, de Privileg., cap. 4, n. 80. Habetur etiam in Bullar. Rom. Mainardi. — ²⁾ Tr. 18, de Privil., cap. 4, num. 81. — *Bened. XIV*, bulla *Apostolica iudicata*, de die 5 Aug. 1744, § 5 et 6. — ³⁾ Tr. 6, disp. 2, qu. 1, cap. 3, § 1.

repugnassent vel approbationem revocasset^{d)}. Hinc dicit minime reprobata fuisse sententiam, quod confessarius saecularis approbatus in aliquo loco possit absolvere subditos illius in alia dioecesi peregrinantes. — Sed huic opinioni non acquiesco. Nam in primis invenio titulum illius bullae Innocentiana fuisse sic descriptum (apud Salmant.⁴⁾): *Sanctissimi Domini nostri Innocentii Papae XII declaratio..., cum damnatione opinionis asserentium facultatem hujusmodi habere locum, etiam si confessarius non fuerit approbatus ab Ordinario loci in quo confessiones excipi contigerit^{e)}.* Nota: *loci in quo, etc.* Deinde ex ipsa bulla legitur (ut supra) Papam nullas declarasse confessiones quae fiunt *sine approbatione episcopi loci in quo ipsi poenitentes degunt*. Quid clarius? Si autem adhuc cum privilegio bullae Cruciae requiritur approbatio ab episcopo loci, quanto magis sine privilegio!^{f)}.

Verum Salmant.⁵⁾ contra Roncaglia⁶⁾ dicunt oppositam sententiam non esse hac bulla damnata, si quis privilegium haberet generis diversi quam Cruciae, puta jubilaei, vel simile. — Sed huic obstat bulla Benedicti XIV quae incipit: *Bene-*

^{d)} dub. 2. — ^{e)} Loc. cit., n. 88. — ^{f)} Tr. 18, cap. 4, num. 111. — ^{g)} Qu. 5, cap. 1, qu. 6. — *Bened. XIV*, bulla *Benedictus Deus*, § 4. Cfr. etiam encycl. *Celebrationem*, de die 1 Januar. 1751, § 11.

^{c)} Mazzotta loquitur tantum de brevi *Cum sicut*.

^{d)} Seu potius, ut dicit Mazzotta, eo quod « absque sua licentia sui subditi in sua dioecesi, vi bullae Cruciae... eligeant in confessarium sacerdotem per quemcumque alium Ordinarium approbatum, et extra dioecesim eligeant regularem semel tantum ab ipsis approbatum, etiamsi ipsi repugnassent vel approbationem revocasset».

^{e)} Ita sane apud Salmanticenses; sed in Bullario Romano Mainardi, sic descriptus habetur titulus: « Declaratur facultas eligendi confessarium ab Ordinario approbatum, in bulla Cruciae concessa, cum damnatione opinionis contrariae».

^{f)} Pro iter maritimum agentibus speciales facultates concessae sunt; et primo quidem decretum S. O. diei 23 Aug. 1905 edixit: «Sacerdotes quoquaque maritimum iter accipientes, dummodo vel a proprio Ordinario ex cuius dioecesi discedunt; vel ab Ordinario portus in quo in navim condescendunt; vel etiam ab

Ordinario portus cuiuslibet intermedii, per quem in itinere transeunt, sacramentales confessiones excipiendi, quia digni scilicet atque idonei recogniti ad trahitum concilii Tridentini..., facultatem habeant vel obtineant: posse toto itinere maritimo durante, sed in navigantium quorumcumque fideli secum navingantium confessiones excipere, quamvis inter ipsum iter navis transeat, vel etiam aliquando consistat diversis in locis diversorum Ordinariorum jurisdictioni subjectis». Quod decretum ampliatum est die 13 Decembr. 1906, et « sacerdotes navigantes de quibus supra, quoties durante itinere, navis consistat, confessiones excipere posse, tum fideli qui quamvis ex causa ad navem accedant, tum eorum qui, ipsis forte in terram obiter descendenteribus confiteri petant, eosque valide ac licite absolvere posse, etiam a casibus Ordinario loci forte reservatis, dummodo tamen, quod ad secundum casum spectat, nullus in loco vel unicus tantum sit sacerdos approbatus, et facile loci Ordinarius adiri nequeat».

dictus Deus, ubi dicitur quod datur facultas in jubilaeo tam saecularibus quam regularibus eligendi sibi confessarium, modo sit ex approbatis ab Ordinario loci. Moniales vero ex eadem possunt sibi eligere confessarium, sed non nisi ex approbatis ad confessiones monialium in illo loco, quamvis pro aliis monasteriis.

549. - « Unde resolves:

« 1º. Religiosi, etiam exempti, debent approbari ab episcopo loci in quo degunt; quia illius, quoad hunc actum, sunt subditi».

Et hoc certum est ex brevi Innocentii X (apud Salmant.¹⁾), ubi Pontifex sic statuit: *Regulares in una dioecesi approbatos, nequaquam posse in alia confessiones audire sine approbatione episcopi dioecesani*. — Et idem statuit Innocentius XIII in bulla *Apostolici ministerii* (confirmata a Benedicto XIII, per aliam bullam appositam in calce concilii Romanii), ubi dicitur: *Declaramus, sacerdotes tam saeculares quam regulares, qui ab episcopis obtinuerint licentiam audiendi confessiones, limitatam vel quoad locum, vel quoad genus personarum, vel quoad tempus, non posse Poenitentiae sacramentum administrare extra tempus, vel locum, vel genus... praescriptum; quacumque privilegio, etiam in vim bullae... Cruciae..., nullatenus suffragatuero*.

550. - « 2º. Episcopus in sua dioecesi non potest approbare sacerdotem alienum, nisi subdatur illi, saltem ad tempus.

¹⁾ Tr. 6, cap. 11, n. 97. Cfr. etiam in Bullar. Rom. breve *Cum sicut accepimus*, de die 14 Maij 1658, § 4, v. *Nono*. — *Innoc. XIII*, brev. *Apostolici ministerii*, de die 23 Maij 1723, § 19. — *Bened. XIII*, brev. *In supremo*, de die 23 Sept. 1724, in calce concilii Romanii, vel etiam in Bullar. Rom. — *Suar.*, disp. 28, sect. 7, n. 19; et sect. 8, n. 8. — *Vasq.*, qu. 93, art. 3,

²⁾ dub. 5, n. 4. — *Vega*, Sum. nueva, part. 1, cap. 62, cas. 7. — ³⁾ Disp. 21, n. 54. — *Suar.*, disp. 28, sect. 8, n. 3 et seqq. — *Fili.*, tr. 7, cap. 9, num. 266. — *Coninck*, disp. 8, n. 59. — ⁴⁾ Disp. 21, n. 64. — ⁵⁾ Tr. 6, cap. 11, n. 107. — *Fagund.*, de 2º praec. Eccl., lib. 7, cap. 2, num. 63. — *Palaus*, tr. 28, punct. 17, § 4, n. 6. — *Palaus*, loc. cit., i. f.

Quando approbari possit sacerdos alienus.

laris etiam, quem episcopus sine causa nollet approbare, posset ad metropolitanum appellare, juxta regulam generalem quod negligente episcopo, jurisdictione devolitur ad archiepiscopum, quam cum aliis late probat Thomas Sanchez²⁾. Et sane regulam istam habet Sanchez, *de Matr.*, lib. 3, disp. 10, n. 20 et seqq.; et disp. 28, n. 3 et 4.

551. - « 3º. Episcopus potest approbare per se vel vicarium generale, vel alios quoscumque deputatos; quia non est actus Ordinis, sed jurisdictionis». — [Vide n. 558].

« 4º. Approbatio potest fieri cum restrictione ad certum genus personarum, locum, tempus, etc. — *Navarrus*³⁾, *Sua-*

Episcopus approbat per se vel per alios.

Approbatio fieri potest cum restrictione.

Negans approbatum idoneo peccat.

Approbatio absolute concessa nequit revocari sine causa.

Alias revocatio est nulla, juxta quasdam.

Opinio haec vix probabilis in praxi.

« 5º. Approbatio potest fieri cum restrictione ad certum genus personarum, locum, tempus, etc. — *Navarrus*, *Man.*, cap. 4, n. 10 et 11, rationem tantum afferit qua nititur haec sententia, et ita citatur a Suarezio.

b) Bonacina, qu. 7, punct. 4, § 1, n. 16, loquitur de revocatione approbationis, quam dicit fieri posse ex justa causa. — Vasquez autem, qu. 93, art. 3, dub. 5, n. 5, ait injustam denegationem approbationis religioso, videri quid inustum, « quamvis et hoc non videatur adeo certum ».

c) Thomas Sanchez a Lugo allegatur pro regula quadam generali, quam ipse Lugo adhibet ad confirmationem probationis; nimirum quod « non solum regularis, sed saecu-

Episcopus approbat per se vel per alios.

Approbatio fieri potest cum restrictione.

Negans approbatum idoneo peccat.

Approbatio absolute concessa nequit revocari sine causa.

Opinio haec vix probabilis in praxi.

nationis periculum: sed hoc vix accidere potest, cum innumerae possint esse causae justae apud episcopum revocandi approbationem, quae ignorentur a confessario.] — « alii illicitam tantum. Filius cius ». — In dubio autem an ex justa causa revocatio sit facta, praesumendum esse pro paelato, docet card. de Lugo¹⁾.
552. — « 7º. Ex iusta causa possunt, praesertim a successore episcopo, ad examen revocari, non tantum saeculares, sed etiam regulares. — Docent tamen quidam, Mendicantes habere privilegium, ut non possint revocari ab eodem a quo ante sunt approbati. Sed contra rium docet Suarez²⁾ et card. de Lugo³⁾ ».

Et haec sententia hodie omnino tenenda, cum Alexander VII (ut refert Cabassutius⁴⁾) in causa Andegavensis episcopi et regularium Societatis Jesu et aliorum ordinum, sequentem propositionem die 30 Januar. 1659, tamquam temerariam et erroneam damnarit, quae dicebat: *Non possunt episcopi limitare seu restringere approbationes, quas regularibus concedunt ad confessiones audiendas, neque ulla ex parte revocare.* — Nec tenetur de tali revocatione episcopus ulli rationem reddere; ut statutum refert Cabassutius⁵⁾.

¹⁾ Disp. 21, num. 67. — ²⁾ Lib. 1, cap. 10, num. 13. — ³⁾ Loc. cit., num. 14. Cfr. Conference d'Angers sur le Sac. de Pénit., avril 1718, qu. 1. — ⁴⁾ Disp. 21, num. 29. Cfr. etiam in Bullar. Rom. Mainardi breve *Cum sicut*

a rege christianissimo cum consilio status regni, die 4 Mart. anni 1669⁶⁾.

Et cum ab episcopo approbatio limitatur quoad locum, tempus aut personas, confessarius, sive saecularis sive regularis, nequit alio modo uti illa ob quodcumque privilegium, etiam bullae Cruciae. — Ita declaratum fuit in bulla *Apostolici ministerii*, edita ab Innocentio XIII, per Hispanias, et confirmata postea a Benedicto XIII, per totum orbem; ut refert Benedictus XIV in bulla *Apostolica induita*⁷⁾.

« 8º. An approbatus ab uno episcopo, possit in alia dioecesi, sine nova approbatione, recipere jurisdictionem, controvvertunt doctores: ac, licet utraque sententia olim videri potuerit probabilis, post decretum tamen Urbani VIII anno 1628 (apud card. Lugo⁸⁾) negativa « omnino tenenda est ». [Item hoc certum ex brevi Innocentii X, et ex bulla Innocentii XIII, juxta dicta num. 549]. —

« Vide Aversa⁹⁾.

Item advertendum quod S. Pius V in constit. *Romani* dixit quod regulares approbati ab episcopo antecessore poterunt iterum examinari a successore, et¹⁰⁾ si minus idonei reperti fuerint, reprobari. —

accepimus, de die 12 Septembris 1628, § 1. — ⁵⁾ Qu. 16, sect. 8, v. f. — S. Pius V, bulla *Romani Pontificis providentia*, de die 6 Augusti 1571, § 2, i. f., in Bullar. Rom. Mainardi.

stillus, disp. 10, dub. 10, n. 299, eamdem simpliciter tenet.

c) Filippius, tr. 7, cap. 9, n. 267, de liceitate non loquitur, sed, sicut Suarez supra, dicit: « Si tamen revocaretur [sine causa] esset res timenda et dubia, quia rationes pro ejus nullitate non sunt evidentes ».

552. — a) Suarez, disp. 28, sect. 8, n. 5, non negat absolute, sed solum pro casu quo regulares non habent privilegium, ut possint semel examinari, vel casu quo approbati sunt sine examine.

b) Lugo, disp. 21, n. 61, 62 et 65, tractat de revocatione ipsius approbationis.

c) Et Clemens X, bulla *Superna*, anno 1670 data, § 5, ait: « Regulares vero ad ejusmodi confessiones audiendas praevio examine simpliciter et absque ulla temporis praefinitione ab ipsomet episcopo (secus autem si ab ejus vicario aut ab antecessoribus episcopis) approbatos, non posse ab eodem qui sic approbavit iterum examinari, aut ab eisdem confes-

sionibus audiendis suspendi, seu licentias illis concessas revocari, nisi nova superveniente causa, quae ipsas confessiones concernat. De qua tamen haud necessarium esse ut in actis constet; nec eam teneri episcopum ipsis regularibus significare, sed Sedi Apostolicae dumtaxat, ubi eam sibi aperiri postulaverit ».

d) Benedictus XIII, brevi *In supremo*, videtur confirmasse per totum orbem breve Innocentianum, eo quod inseruit illud actis concilii Romani. Et Benedictus XIV, in sua bulla *Apostolica induita*, de die 5 Aug. 1744, § 4, postquam retulit Benedictum XIII de cunctis « in omnibus et per omnia perpetuo » approbassem et confirmasse atque invocasse; eadem et ipse confirmat absque ulla restrictione regnorum aut regionum.

e) Consectarium istud in bulla S. Pii V non habetur; sed, uti Suarez ait, cum examen illud non sit mera caerimonia, episcopus poterit approbationem revocare, si constiterit aliquem esse minus idoneum.

Quid de vicario capitulari.

Hinc inferunt Silvester, Miranda, Fagundez et alii, apud Patrem Ferraris, quod vicarius capitularis nequit regulares revocare ad examen, nec eos privare facultate excipiendi confessiones: nisi facultas data sit ab episcopo *ad nostrum beneficium*; tunc enim morte episcopi illa exspirat¹¹⁾.

Sancita de absolutione complicitis in peccato turpi.

553. — Notanda hic ultimo sunt duo decreta Summi Pontificis nostri Benedicti XIV: *Sacramentum* et *Apostolica munera*, quibus declaratum fuit, confessarium omnino carere jurisdictione ad absolvendum peccatum complicitis turpe contra sextum praeceptum, atque excommunicationem papalem incurrire, si confessionem complicitis excipere audeat. Excipitur tantum casus extremae necessitatis, nimur articuli mortis, in quo permittitur ei absolvere complices: modo deficiat quicumque alius, etiam simplex sacerdos, qui absolutionem impetrari possit; nisi nequeat alius ille sacerdos vocari vel accedere sine gravi infamia aut scandalo: tenetur tamen confessarius complexalia pericula infamiae aut scandali avertere, si potest, sub eadem poena excommunicationis, licet tunc valide absolveret si non averteret.

Peccatum turpe est quodlibet grave exterum contra sextum.

554. — Circa tale decretum, adverte 1º. Quod nomine *peccati turpis* venit omne peccatum externum grave contra sextum praeceptum, licet sit solus tactus sive colloquium; ut certe dicendum sentio cum pluribus doctis, quos consului super hoc judicio, ab aliis immerito in dubium revocato. Et idem sentiunt Salmant.¹ contra aliquos, qui dicebant bullam intelligenter.

Silvest., v. *Confessor II*, n. 4, qu. 4. - *Miranda*, Man., tom. I, qu. 45, art. 7, i. f. - *Fagund.*, de 2º praec. Eccl., lib. 7, cap. 2, n. 28 et 29. - *Ferrar.*, v. *Approbatio*, art. 1, n. 54. - ¹⁾ Tr. 6, Append. de bulla Cruciat., cap. 6, n. 282. —

f) Hoc tamen ultimum dictum non videatur conforme responso, quod S. C. Ep. et Reg., die 19 Junii 1806, vicario capitulari S. Miniati, dedit, in quo de confessariis regularibus haec habentur: Quando isti ab episcopo defuncto approbati fuerunt praevio examine et sine temporis limite vel etiam cum clausula *ad beneficium nostrum*, nequeunt a capitulo neque a vicario capitulari puniri poena suspensionis, etiamsi adsint justae cause. Posset tamen hanc poenam irrogari confessariis saecularibus eodem modo approbatis. Et habetur

gendarum tantum de copula consummata. — Ratio nostra est: 1º. Quia verba generalia generaliter accipienda sunt. 2º. Quia leges, etiam poenales, sunt in sensu proprio et naturali interpretandae; et in sensu naturali verba bullae: *In peccato turpi atque in honesto contra sextum praeceptum*, quaecumque peccata turpia sine dubio comprehendunt. 3º. Quia finis legis hujus est quidem removere occasiones, non tantum copulae, sed omnis turpitudinis a sanctitate tribunalis Poenitentiae¹²⁾.

Contra vero, non comprehenduntur peccata venialia in honestatis, sive sint ex parvitate materiae, sive ex defectu advertentiae aut consensus; quia venialia non sunt de obligatione in confessione manifestanda. Ita Salmant.² — Idem recte dicunt³ etiam de mortalibus mere internis, vel non plene exterius significatis; quapropter peccatum non erit reservatum, quamvis interius fuerit grave, si etiam exterius grave non fuerit, ut ajunt⁴. — Adidunt⁵ ex Suarez, Dicastillo et Anacleto, nec reservata esse mortalia dubia ex dubio facti vel juris; quia non videntur superiores velle reservare dubia, nisi expresse declarent: et hoc est juxta communem sententiam, quam proferemus infra n. 600,

Non vero venialia nec mere interna aut dubia.

Nec dubia ex parte poenitentis.

v. *Qu. 1*. — Idem censem Salmant.⁶, si adsit dubium an poenitens graviter peccaverit, licet confessarius certum mortale commiserit; quia bulla intelligenda est de complice formalis in peccato mortali turpi, ut ipsi antecedenter dixerunt⁷.

555. — Adverte 2º. Quod absolutio a confessario complice impetrata irrita est (ut sentio) etiam quoad mortalia quae

⁸⁾ Loc. cit., n. 277. — ⁹⁾ Loc. cit., n. 278. — ¹⁰⁾ Loc. cit., n. 279. — ¹¹⁾ Loc. cit., n. 280. - *Suar.*, de Censur., disp. 40, sect. 6, n. 5. - *Dicast.*, disp. 11, dub. 6, n. 91. - *Anaci.*, fr. 14, dist. 9, n. 4. — ¹²⁾ Loc. cit., n. 280. — ¹³⁾ Loc. cit., n. 241.

Circa quae nam peccata absolutio complices sit irrita.

responsum istud apud Bizzarri, *Collectan.*, fol. 451 et 452, edit. 1863. Quae quidem supponunt approbationem eo modo datam non cessare morte episcopi concedentis. — Potest tamen vicarius capitularis vocare ad examen confessarios etiam regulares expositos absque praevio examine ab episcopo defuncto, supposita notitia eorum imperitiae, ut liquet ex S. C. declaratione, relata a Pallottini, v. Vicarius capitularis, § 2, n. 52.

554. — a) Et hanc S. Alphonsi sententiam amplexa est S. C. S. O., die 28 Maii 1873, de-

complex, qui nondum ab alio de peccato turpi fuerit absolutus, ipsi confiteatur. Hoc infero ex verbis ejusdem bullae, ubi dicitur: *Adeo... ut absolutio... nulla atque irrita omnino sit.* — Secus vero censeo, si de peccato turpi ille jam fuerit absolutus; quia tunc cessat dispositionis suspicio, ob quam Pontifex jurisdictionem confessario abstulisse videtur. Addunt Salmant.¹ idem dicendum de peccato mortali commisso et legitime confessio ante expeditionem bullae; quia lex non respicit retro, ut docet Pater Suarez.

556. — Quaestio autem fit 1^o. *An incurrat hanc excommunicationem sacerdos qui complicem non absolvit, sed tantum in confessione audit?*

Super hoc dubio consului Sacram Poenitentiariam, quae die 9 Julii 1751, respondit absolute: *Non vitari excommunicationem a praedicto confessario per fictionem absolutionis.* Et huic sententiae ego jamdum adhaesi. — Sed postea, cum percurrissem constitutionem ejusdem Pontificis Benedicti XIV *Inter praeteritos* plures citatam, oppositum satis declaratum reperi, ut patet ex sequentibus verbis: *Non minus sacerdoti complici, qui vel extra mortis articulum confessionem excipit poenitentis, EUMQUE ABSOLVIT, vel qui in articulo mortis ABSOLVIT cum aliis sacerdos non desit..., excommunicationis majoris poena a Nobis in citatis constitutis imposita fuit^a.*

Quaeritur hic 2^o. *An episcopus ex confessione Tridentini in cap. Liceat 6, sess. 24,*

¹ Tr. 6, Append. de bull. Cruciat., cap. 6, n. 277. — Suar., de Legib., lib. 3, cap. 14, n. 8. — Bened. XIV, const. *Inter praeteritos*, § 59. — ² In cap. Nonnulli, de

clarans in hac censura «comprehendi nedum tactus, verum omnia peccata gravia et exteriorius commissa contra castitatem, etiam illa quae consistunt in meritis colloquiis et asperibus qui complicitatem important».

556. — ^{a)} Nihilominus S. Poenitentiaria, die 1 Mart. 1878, iterum declaravit confessarios simulantes absolutionem complicis in peccato turpi non effugere excommunicationem reservatam: quod confirmatum habetur etiam a S. C. S. Off., die 5 Decembr. 1883. Et quamvis non incurrat excommunicationem ille, qui complicem quidem absolvit, sed complicem qui complicitatis peccatum in confessione non declaravit; privationem enim jurisdictionis

possit absolvere confessarium qui complici in peccato turpi absolutionem impetrerit?

Videtur ex una parte negandum: nam si episcopus vel alius ab eo delegatus possent hunc casum, quando est occultus, absolvere, reservatio Pontificis evaderet inutilis et elusoria: casus enim hic non potest nisi occulte accidere. Cum autem aliqua lex posterior, ut recte ait Fagnanus² cum Oldrado^b, non potest habere effectum, nisi derogetur privilegio ab eodem superiore prius concesso; per ipsam necessario intelligi debet facta generalis privilegii derogatio, ne lex frustratoria reddatur. Et idem sentit Diana^c cum aliis, sic dicens: *Cum clausula (vel aliqua lex) generalis... nequeat vera redi, nisi in eo solo casu, contra concilii prohibitionem, debet haec generica derogatio reputari pro specifica et expressa; alias nullius esset momenti.*

Attamen probabiliter videtur posse dici quod, etiam salva facultate episcopis a concilio impetrata absolvendi hunc casum, quando est occultus, reservatio Pontificis non omnino redderetur inutilis et elusoria. Tum quia, licet ordinarie hic casus occultus sit, tamen aliquando potest accidere quod sit publicus: tum quia lex reservationis saltem Romae locum haberet, et in omnibus aliis locis ubi Tridentinum non est receptum, et ubi nequeunt quidem episcopi praefata facultate uti (ut docent communiter Suarez^d, Sanchez^e; Salmant.^f cum Alterio; et Castro-

rescript., n. 46. — ^a Part. 7, tr. 2, resol. 21. — ^b De Censur., disp. 41, sect. 2, n. 6. — ^c Decal., lib. 2, cap. 11, n. 8. — ^d Tr. 6, cap. 18, n. 30. — ^e Alter., de Suspens., disp. 8, cap. 3, concl. 4.

hic et excommunicationem «esse in ordine ad ipsum peccatum turpe, in quo idem confessarius complex fuit», uti habetur ex declaratione S. Poenit. diei 16 Maii 1877; attamen eadem S. Poenit., die 19 Februarii 1896, declaravit «excommunicationem reservatam in bulla *Sacramentum Poenitentiae* non effugere confessarios absolventes vel fingentes absolvere eum complicem, qui peccatum quidem complicitatis, a quo nondum est absolvitus, non confitetur, sed ideo ita se gerit, quia ad id confessarius poenitentem induxit sive directe sive indirecte».

^{b)} Oldradus, *Consil.* 326, n. 4, haec habet de rebus apostolicis, non vero de iis quae

Potestas
episcopica cir-
ca absolu-
tatem.

palaus¹ cum Barbosa et Garcia; quia concilii facultas media receptione eis conceditur: non enim fas est ut fruantur privilegiis qui onera repellunt. — Et idem nobiscum sentiunt Salmant.²; ibique pro hac sententia plures citant autores qui super constitutionem *Sacramentum supra citatam* recenter scripserunt^{c)}.

DUBIUM III.

Quid et quotuplex sit Jurisdictio Confessarii, et unde eam habeat?

557. *Quid est jurisdictio, et quis habeat ordinariam.* — **558.** *An habeat vicarius generalis contradicente episcopo. Et qui possint eam delegare.* — **559.** *An delegatio expiret morte delegantis.* — **560.** *An haeretic et excommunicati vitandi valide absolvant in articulo mortis.* — **561.** *An omnes sacerdotes possint absolvere tam in articulo quam in periculo mortis.* Et quale censeatur hujusmodi periculum. — **562.** *An simplex sacerdos possit absolvere praesente approbato.* — **563.** *In quibus autem casibus possit licite absolvere.* Dub. 1. *An quivis confessarius possit absolvere moribundum a reservatis, etiam praesente superiore.* Dub. 2. *An in morte, ad absolvenda reservata Papae, audeundus sit episcopus.* Dub. 3. *An teneatur moribundus petere absolucionem a superiore, saltem per litteras aut nuntium.* — **564.** *An excommunicatus toleratus possit absolvere a venialibus.* An regulares possint absolvere sine approbatione episcoporum. Et an omnes sacerdotes ab episcopo approbati possint confessiones audire sine licentia parochi. — **565.** *Qui et quomodo possint eligere sibi confessarium.* Dub. 1. *Quomodo episcopi et alii paelati.* Dub. 2. *Quomodo cardinales.* Et an parochi. — **566.** *Quando habens potestatem delegatam possit eam subdelegare.* Et quid de delegato ad universitatem causarum. — **567.** *An absolutus in morte a reservatis, teneatur postea se sistere superiori.* — **568.** *Vide alia.* — **569.** *A quo possint absolviri scholares, milites, peregrini, etc.* — **570.** *An sufficiat facultas praesumpta excipiendi confessiones.* — **571.** *Quando licet absolvere jurisdictione dubia vel probabili.* — **572.** *Qu. 1. An error communis det jurisdictionem.* — **573.** *Qu. 2. An licet ministrare sacramentum cum jurisdictione tantum probabili.* — **574.** *An sit obligatio confitendi parochi.* — **575.** *An regulares itinerantes possint confiteri cucumque sacerdoti.* — **576.** *An moniales petentes extraordinarium, et non obtinentes, possint cuique confiteri.* — **577.** *Plura notanda de confessariis monialium.* — **Qu.** *An capellani exercitus possint absolvere milites degentes in praesidiis.*

Jurisdictio
confessarii,
quid.

557. — « Resp. Est auctoritas aliqua in « alium ut subditum, in quem, in foro in- « terno accipit potestatem, distinctam a « potestate Ordinis. Haec enim datur per « sacramentum Ordinis, et omni sacer- « doti, nec tolli potest; illa, per externam « concessionem Ecclesiae, nec omnibus « sacerdotibus, potestque ab iis tolli, ac « nisi adsit, invalida est absolutio; ex Tri- « dentino^d.

« Est autem duplex: ordinaria et dele- « gata.

« *Ordinaria* est quam habent ii qui « ex vi proprii officii curam animarum

¹ Tr. 4, disp. 4, punct. 3, § 1, n. 2. — *Barbosa*, de Off. et Potest. episc., alleg. 39, n. 3. — *Nicol. Garcia*, de Benefic., part. 7, cap. 11, n. 28. — ² Tr. 6, Append., cap. 6, n. 300. — ³ Sess. 14, de Poenit., cap. 7. — *Sotus*, in 4, dist. 18, remiss., in 6^o.

in concilio generali sanciuntur, quod falso illi tribuit Fagnanus.

^{c)} Sed post constitutionem *Apostolicae Sedis*, sententia negativa prorsus tenenda est,

« habent, ut Papa, episcopus, parochus (huc revocantur archiepiscopi erga sub- ditos suorum episcoporum, tunc tantum quando actu visitant), archipresbyteri, archidiaconi, paelati religionum, vica- riis perpetuus episcopi vel etiam pa- rochi».

558. — Quaeritur: *an vicarius genera- lis episcopi habeat jurisdictionem ordina- riā etiam in foro sacramentali, ita ut possit confessiones audire, et aliis audi- di potestatem concedere?*

Prima sententia negat; et hanc tenent Sotus, Ledesma, Archidiaconus et alii pauci

qu. 4, art. 3, v. *Circa concessiones.* — *Petr. de Ledesma*, Sum., de Sacram. Poenit., cap. 11, concl. 4, v. *De vicario.* — *Archidiac.*, in cap. *Si episcopus*, de poenit. et remiss., in 6^o.

siquidem laudata constitutio haec decernit:

« Firmam tamen esse volumus absolventi facultatem a Tridentina synodo episcopis concessam, sess. 24, cap. 6, de reform., in quibus

Vicarius generalis, juxta alios, non est ordinarius in foro sacramentali.

(apud Salmant.¹). Hi dicunt vicarium in solis causis civilibus jurisdictionem habere ordinariam; in spiritualibus vero, delegatam ab episcopo. — Hocque probant 1^o ex eo quod, mortuo episcopo, cessat jurisdictione vicarii. Probant 2^o ex Tridentino², ubi statuitur nullum posse audire confessiones nisi approbatum ab episcopo.

Secunda tamen sententia, communior et verior, affirmat. Eamque tenent Azor³, Silvester⁴, Fagnanus⁵; Salmant.⁶ cum Granado, Aversa, Villalobos, Dicastillo, Bossio; et Sanchez⁷ cum Hostiensi, Navarro, Angelo⁸, Henrico, Palacio, Lopez, etc. — Ratio, quia vicarius generalis, supposita nominatione episcopi, jurisdictionem habet ordinariam tam in civilibus quam in spiritualibus, non jam ab episcopo, sed a canone, cum faciat ipse unum tribunal cum episcopo; ut habetur ex cap. 2, de consuetud., in 6^o, et cap. Romana, de appellat., in 6^o. Et confirmatur ex Tridentino⁹, ubi, cum voluit concilium excludere vicarium a facultate absolvendi ab haeresi, id expressit, dicens: *Eis tantum (id est episcopis) non eorum vicariis, sit permisum*. Ergo supponit Tridentinum facultates episcopi, nisi expresse a jure restringantur, intelligi communicatas etiam vicariis. — Ad 1. autem respondetur quod mortuo episcopo cessat jurisdictione vicarii, non quia ejus jurisdictione non sit ordinaria;

¹ Tr. 6, cap. 11, n. 42. — ² Sess. 23, de reform., cap. 15. — ³ Part. 2, lib. 3, cap. 43, qu. 5, et qu. 7, v. *Si quaeras*. — ⁴ Loc. cit., n. 43. — *Granad.*, in 3 Part., controv. 7, de Poenit., tr. 10, disp. 2, num. 7. — *Aversa*, qu. 16, sect. 4, v. *Secundo ergo*. — *Villal.*, part. 1, tr. 9, diff. 47, n. 7. — *Dicast.*, disp. 10, dub. 5, n. 110. — *Boss.*, de Jubil., sect. 3, cas. 2, § 3, n. 60. — ⁵ De Matr., lib. 3, disp. 29, n. 15. — *Hostien.*, in cap. *Omnis utriusque*, n. 22, de poenit., dist. 6, n. 61, v. *Inferiur* 3. — *Henricus Boich*, in cap. *Omnis utriusque*,

cumque censuris Apostolicae Sedi hac Nostra Constitutione reservatis, *iis tantum exceptis*, *quas eidem Apostolicae Sedi speciali modo reservatas declaravimus*.

558. — ^a Silvester, v. Confessor I, qu. 1, dicit vicarium generalem episcopi proprium sacerdotem esse, qui «audire potest omnes de dioecesi». — Idemque habet Angelus, v. Confessio III, n. 3.

^b Fagnanus, in cap. *Quod nobis, de cland. despont.*, n. 45, non loquitur de confessione, sed generaliter ait de vicario episcopi: «Etsi ab episcopo deputetur, dicitur tamen Ordina-

sed quia deficiente episcopo, desinit ipse esse vicarius. Ad 2. respondetur quod ibi nomine *episcopi* comprehenditur etiam vicarius, qui (ut diximus) unum facit tribunal cum episcopo.

« *Delegata* » [jurisdiction] « dicitur quae legitime datur ab habente ordinariam, idque vel tacite vel expresse; ut a Papa pro tota Ecclesia, ab episcopo pro dioecesi, a parocho pro parochia: hoc discribimur quod Papa possit dare invitum episcopis et parochis; non contra. — Ac licet exterior jurisdictione expiraret morte delegantis, non tamen haec interior, nisi successor revocet; ut docet Sanchez, Suarez, Navarrus¹⁰, Coninck (contra Silvestro¹¹), etc., contra Ledesma¹², etc., tenent quod expirat morte concedentis, nisi confessio jam fuerit incepta¹³.

559. — An delegatione expiraret morte delegantis?

Distingue delegationem generalem a particulari.

Delegatio generalis a Papa, communis est sententia et praxis quod non extinguitur per ipsius mortem, ex cap. 9, de offic. et potest. jud. delegati, in 6^o. Ita Salmant.¹⁴, Concina¹⁵ et alii passim. Nisi confessio facta fuerit hoc modo: *Usque ad benefacitum nostrum*; vel: *Ad arbitrium nostrae voluntatis*, et simili. Salmant.¹⁶ — **Delegatio generalis** autem ab episcopo, alii sentiunt quod ejus morte extinguatur, si nondum confessio coepita sit; ut Vasquez,

Nec probabilis delegatio generalis ab episcopo

n. 28. (Et ita etiam *Henriques*, lib. 6, cap. 13, n. 3, lit. m, in comment. et ipse cit. a Sanchez). — *Michael de Palacios*, in 4, dist. 17, disp. 7, v. *Praeter haec existit*. — *Gregor. Lopes*, part. 1, tit. 4, leg. 21, v. f., v. *Otro su peritado*. — ⁶ Sess. 24, de reform., cap. *Liceat*. — *Sanch.*, de Matr., lib. 8, disp. 28, n. 72. — *Suar.*, de Poenit., disp. 26, sect. 8, n. 7, 9, 10. — *Coninck*, disp. 8, dub. 10, n. 72. — *Silvest.*, v. *Confessor II*, qu. 3, v. *Quintus*. — *Vasq.*, qu. 98, art. 2, dub. 2, n. 1. — ⁷ Lib. 5, tr. 6, cap. 10, n. 22. — ⁸ Tr. 6, cap. 11, n. 78. — ⁹ Lib. 2, diss. 2, cap. 4, n. 25. — ¹⁰ Loc. cit., n. 85. — *Vasq.*, loc. cit.

rius, qui a lege auctoritatem habet, non ab episcopo».

^c *Navarrus*, in cap. *Placuit*, n. 162, loquitur de licentia alicui concessa eligendi confessarium, quam negat expirare morte concedentis, quia est gratia facta. Sed, ut notat Suarez, vel eadem est ratio de utroque casu, vel potiori ratione idem dicendum est de jurisdictione directe sacerdoti concessa, quia magis est gratia facta quam in altero casu. Quin etiam *Navarrus*, de *Reditib. eccles.*, qu. 3, mon. 8, expresse idem tenet de praesenti casu.

Jurisdiction delegata.

Delegatio particularis expirat morte concedentis.

In articulo aut periculo mortis, quibus sacerdos potest absolvere.

Delegatio generalis a Papa non expirat morte concedentis.

Silvester, etc. Alii censent non exstingui donec revocetur a successore, vel praefixum tempus labatur; ita communius et probabilius Sanchez¹, Palaus², Concina³; et Salmant.⁴ cum Coninck, Suarez, Lugo, Dicastillo et aliis. Et hoc firmatur ex praxi et regula generali, quod gratiae factae non expirant finita jurisdictione concedentis.

Si vero delegatio fuit in particulari, scilicet audienda alicujus tantum confessione, recte Salmant.⁵ cum Sanchez, Lugo, etc., contra Ledesma⁶, etc., tenent quod expirat morte concedentis, nisi confessio jam fuerit incepta⁷.

560. — « Porro, hujusmodi potestatem delegatam absolvendi quemcumque a quibuscumque peccatis, in articulo seu periculo mortis (haec enim pro eodem sumuntur in jure, ut vide Diana⁸) ha-

⁷ Decal., lib. 2, cap. 13, n. 5 et 7. — *Zambran.*, Decis. cas. temp. mortis, cap. 4, de Poenit., dub. 4, n. 20. — ⁸ Man., cap. 27, n. 272. v. *Sexto* et v. *Septimo*; cfr. etiam cap. 26, n. 26. — ⁹ Decal., lib. 2, cap. 13, num. 5 et 7. — ¹⁰ Tr. 6, cap. 11, n. 20. — *Suar.*, de Legib., lib. 8, cap. 31, n. 3; et cap. 32, n. 9. — *Lugo*, disp. 19, sect. 2, § 2, a. n. 37. — *Dicast.*, disp. 10, dub. 6, n. 186 et seqq. — ¹¹ Loc. cit., n. 84; cfr. etiam n. 69. — *Sanch.*, de Matr., lib. 8, disp. 28, n. 73; cfr. etiam Decal., lib. 2, cap. 13, n. 15. — *Lugo*, loc. cit., disp. 19, n. 88 et n. 24. — ¹² Part. 3, tr. 4, resol. 57 et 71. — ¹³ Sess. 14, de Poenit., cap. 7. — ¹⁴ P. qu. 82, art. 7, ad 2.

bet ex jure communi quivis sacerdos, etiam excommunicatus et degradatus, si alius desit». — [Ut etiam ait Sanchez⁷ cum Zambrano et pluribus. Sed vide mox dicenda].

Quaeritur 1^o. *An haeretici, schismatici et excommunicati vitandi possint absolvere in articulo mortis, si alius desit?*

Prima sententia affirmat; et hanc teneat Navarrus⁸, Sanchez⁹; et Salmant.¹⁰ cum Suarez, Vasquez, Paludano, Lugo, Soto¹¹, Silvestro¹², etc., etc. — Et probant ex Tridentino¹³, ubi dicitur: *In... Ecclesia Dei custoditum semper fuit, ut nulla sit reservatio in articulo mortis; atque ideo omnes sacerdotes quolibet poenitentes a quibusvis peccatis et censuris absolvere possint*.

Secunda vero sententia sequenda¹⁴ negat. Et hanc tenet S. Thomas¹⁵, ubi loquens

Juxta alios, vitan- di, etc., in articulo mortis absolvere pos- sunt.

Juxta alios, non pos- sunt.

concessas, comprehendantur facultates omnes speciales a S. Sede Ordinariis concessae, quibus utuntur quoties voluerint, licet ad praefitum tempus, cujusmodi sunt facultates de *Poenitentiaria* dictae, reductionis Missarum etc.; comprehendantur etiam facultates, quibus dumtaxat uti valent pro determinato casuum numero, ut sunt facultates dispensandi a sacrae ordinatiois titulo, pro definito ordinandorum numero».

560. — ^a Sotus et Silvester (sicut et Paludanus) non citantur a Salmant. — Et profecto Sotus, in 4, dist. 18, qu. 4, art. 4, dicit quemlibet sacerdotem *catholicum* posse absolvere in articulo mortis; quis vero sit sacerdos ille catholicus, explicat v. *Atvero non nihil*, dicens ex Silvestro esse etiam excommunicatum, suspensum, degradatum aut irregularem, non vero haereticum et apostamat; et concludit: « *Nihil asseverare ausim, tamen videatur mihi opinio haec valde probabilis* ». — Silvester vero, v. *Confessor I*, n. 16, qu. 20, ait quemlibet sacerdotem posse absolvere in articulo mortis; si autem sit praecisus, ut haereticus, schismaticus, excommunicatus, alii negant, alii affirmant, quos recenset et explicat; non tamen dicit quid ipse de hoc sentiat.

^b S. Alphonsus ex obliuione scribit esse sequendam hanc opinionem; expresse enim

de praedictis abscissis a communione Ecclesiae, dicit: *Possunt licite baptisare in articulo necessitatis; in nullo autem casu licite possunt Eucharistiam consecrare vel alia sacramenta conferre.* Nec obstat quod S. Doctor dicat, *in nullo... licite; non autem invalide.* Nam illicite in nostro casu idem est ac *invalidum*; si enim posset excommunicatus vitandus infirmo in articulo mortis valide ministrare sacramenta, teneretur utique ea ministrare (praesertim sacramentum Poenitentiae) ex praecepto divino et naturali, cui non posset obstare praeceptum humanum Ecclesiae. — Idem dicunt Fagnanus¹, Petrorensis², auctor (apud Croix) de *Officiis Confessarii*³, Concina⁴ (qui hanc probabilem vocat, licet contrariam putet non improbabilem), et alii plures ut infra, qui scripserunt ante concilium: quo tempore, ipse Navarrus⁵ fatetur nostram sententiam fuisse communem. — Ratio, quia (ut dicemus n. 562, v. *Id clarius*) concilium minime loquitur de simplicibus sacerdotibus, sed de parentibus jurisdictione in casus reservatos, qua non carere declarat in articulo mortis; tum quia Tridentinum (ut ibidem probabimus) ibi non condidit jus novum, sed tantum jus antiquum Ecclesiae approbavit: ante autem concilium (ut probat Fagnanus, et ipse Navarrus fatetur) communis erat sententia, quod praecisi ab unitate Ecclesiae absolvere non possent.

Et ita declaravit S. C. generalis Concilii (apud Fagnanum⁶), ubi sic habetur:

¹ In cap. *Non est vobis de sponsal.* — ² De Poen., cap. 7, qu. 8. — ³ Lib. 2, diss. 2, cap. 6, § 2, n. 21. — ⁴ Man., cap. 27, v. *Septimo.* — *Trid.*, sess. 14, de Poen., cap. 7. — *Fagn.*, loc. cit., n. 4. — *Navar.*, loc. cit. — ⁵ Loc. cit., n. 2. — ⁶ S. Thom.,

Quaesitum fuit ab episcopo Valentiniensi an poenitentes in articulo mortis possit a casibus reservatis absolvere quilibet sacerdos excommunicatus et denuntiatus? S. Congregatio generalis censuit non posse; quia communis videtur illa sententia, quod tales excommunicati non possint absolvere, etiam in hoc casu necessitatis: ita Magister Sententiarum^{d)}, S. Thomas, Richardus^{d)}, S. Antoninus^{d)}, Scotus^{d)}, Durandus^{d)}, Turrecremata, etc., contra Paludanum, Silvestrum^{a)} et Sotum^{a)}. Nec obstat caput 7, de casuum reservatione; quia debet intelligi de omnibus sacerdotibus in unitate Ecclesiae viventibus: referendumque (nota) ad eos sacerdotes de quibus eodem cap. 7. in prima et secunda parte agitur, qui habent vel ordinariam vel delegatam potestatem. Hucusque verba declarationis. — Unde ait Fagnanus quod doctores post concilium ideo oppositionem sententiam tenuerunt, quia ignorarunt praefatam declarationem S. C. Concilii.

His tamen non obstantibus, recte dicit Contin. Tournely, quod in hoc casu bene poterit sacerdos haereticus vel excommunicatus vitandus (absente alio) absolvere moribundum sub conditione^{e)}; quia in extrema vel urgenti necessitate, ex communi sententia doctorum (ut diximus n. 482, v. *Melius*, cum Juenin, Sanchez, Cardenas, Soto, Navarro, Croix et alii), licitum est uti opinione adhuc tenuis probabilitatis.

Immo dicit praefatus Continuator Tournely^{f)} quod, sicut olim communis erat se-

³ P., qu. 82, art. 7, ad 2; et in 4, dist. 19, qu. 1, art. 2, sol. 3. — *Turrecremata*, in cap. *Qui autem*, ad 2, de poen., dist. 6. — *Palud.*, locis cit. — *Fagnanus*, loc. cit., n. 3. — *Contin. Tourn.*, de Poen., part. 2, cap. 8, n. 663. — ⁶ Loc. cit., n. 682 et 663.

in *Elencho 2 Quaestiones reform.*, editioni 6ae (1767) inserta, qu. 17 (in edit. 9^o, qu. 19), eam expresse retractavit: « An sacerdos, inquit, ab Ecclesia abscissus, uti si esset haereticus, schismaticus aut excommunicatus vitandus, possit eos absolvere qui sunt in periculo mortis, si alias desit? L. 6, n. 560, v. *Quaer.* 1, probata fuit sententia negativa: sed nunc probamus contrarium cum v. *Objicies*, dicat: « Indubitatum est in casu necessitatis posse quilibet sacerdotem etiam non approbatum, aut censura irretitum et degradatum, valide absolvere. Resp. *Fateor*; sed nego id voluisse concilium in capite laudato definire ».

^{d)} Magister Sententiarum, lib. 4, dist. 19, n. 5; Scotus, in loc. cit. *Sentent.*, art. 4, obscure loquuntur; Richardus vero, in 4, dist. 18, art. 9, qu. 3; S. Antoninus, part. 3, tit. 14, cap. 19, § 17; Durandus, in 4, dist. 19, qu. 2, ad 4, perspicue insinuant hande sententiam.

^{e)} Contin. Tournely non loquitur de conditione.

cunda sententia, hodie communis est inter doctores prima affirmativa. Quamvis enim concilium *loco citato*, novam legem non condidisset; tamen ex aliis verbis quae ibi leguntur: *Ne hac... occasione aliquis pereat*, satis eruit intentio Ecclesiae, quod in casu necessitatis bene possit vitandus moribundum absolvere: alias, jam aliquis perire poterit. — Idem sentit Silvius¹ cum Cano^{f)}, Silvestro^{a)} et Angelo. Respondetque ad doctrinam S. Thomae, sic eam intelligi, nempe quod sacerdos excommunicatus in casu mortis solum Baptismum licite ministrat: tunc enim non operatur ut minister Ecclesiae ad id deputatus, sed ut quilibet homo qui in necessitate baptizat; sed in aliis sacramentis, eo quod debet illa ut minister conferre, ideo debet ea ministrare in gratia manens.

Praeterea citatus auctor (Contin. Tournely) addit id quod refert cardinalis Albitius², nempe quod declaratio supra relata non reperitur in registro S. Congregacionis; signum quod illa vel foras non exierit vel quod in desuetudinem abierit; tamquam communi sententiae opposita. — Item refert quod cum hujusmodi dubium ad Innocentium XI delatum fuisset, Pontifex praecepsit non amplius dubitandum de veritate primae sententiae affirmativae. Et hanc sequitur etiam Ferraris³, innexus auctoritati praedicti cardinalis Albitii.

561. — Quaeritur 2^o. *An quilibet sacerdos possit absolvere a quibuscumque peccatis et censuris, non solum in articulo, sed etiam in periculo mortis?*

¹ In Suppl., qu. 8, art. 6. Cfr. in 3 P., qu. 82, art. 7. — *Angel.*, v. *Confessio III*, n. 2. — *Cont. Tourn.*, loc. cit., n. 682. — ² De inconst. in fide, cap. 18, n. 39. — ³ V. *Moribus*, a n. 38, et n. 39. — ⁴ *Select. de Poenit.*, part. 5, v. *Ac projecto non ambigo*. — *Sotus*, in 4, dist. 18, qu. 4, art. 4, v. *Quaeris autem*. — *Covarruvias*, in cap. *Alma mater*, part. 1, § 11, n. 8. — *Graff.*, Decis. aur., part. 1, lib. 1, cap. 13, n. 84 et 85. — *Petr. Ledesma*, Sum. de Sacri Poenit., cap. 12, dub. 3. — ⁵ Tr. 6, cap. 11, n. 23. — ⁶ Disp. 26, sect. 4, n. 3. — ⁷ Decal., lib. 2, cap. 13, n. 1. — ⁸ Tr. 23, punct. 13, n. 7. — ⁹ Loc. cit., n. 24. — *Navar.*, Man., cap. 27, n. 272, v. *Septimo*; et cap. 26, n. 31. — *Silvestro*, v. *Confessor I*, qu. 6, v. *Septimo*. — *Lugo*, disp. 18, n. 21 et seq. — *Bonac.*, de Poenit., qu. 7, punct. 1, n. 10. — *Palud.*, in 4, dist. 20, qu. 1, art. 2, concl. 1 et 3, (n. 7 et 8). — *Vasq.*, qu. 98, art. 1, dub. 5, n. 2. — *Villalobos*, part. 1, tr. 9, diff. 44, n. 8. — *Trull.*, in Decal., lib. 1, cap. 3, dub. 7, n. 3. — ¹⁰ Lib. 2, diss. 2, cap. 4, n. 15. — ¹¹ Decal., lib. 2, cap. 18, num. 1, v. f. — ¹² Tr. 6, cap. 11, num. 23. — ¹³ *Saint.*, loc. cit., num. 27. — ¹⁴ N. 28. — ¹⁵ Loc. cit., n. 7. — ¹⁶ Disp. 26, sect. 4, n. 4. — ¹⁷ De Just. et Jure, tr. 3, disp. 63, n. 2. — ¹⁸ *De Poenit.*, qu. 7, punct. 1, n. 10. — ¹⁹ In prop. 1, diss. 2, n. 424. — ²⁰ *De Poenit.*, cap. 3, art. 2, qu. 3, resp. 3. — ²¹ Tr. 23, punct. 13, n. 8. — ²² Disp. 18, n. 24 et 34.

^{f)} *Canus, Select. de Poenit.*, part. 5, v. *Ac projecto non ambigo*, ita sane tenet de excommunicato vitando, et inclinat etiam in eamdem sententiam pro alteris praecisis; sed v. *Unde ad 3*, concludit: « Ex his duabus utratis opinio diligenda, prudentiorum ego et doctiorum arbitrio derelinquo ».

Negant Canus⁴; et Sotus, Covarruvias, Graffius et Ledesma, apud Salmant.⁵

Sed verius et communius affirmant Suarez⁶, Sanchez⁷, Palau⁸; et Salmant.⁹ cum Navarro, Silvestro, Lugo, Bonacina, Paludano, Vasquez, Villalobos, Trullench et aliis. — Ratio, quia in hac materia pro eodem accipitur articulus et periculum; ut patet ex can. *Si quis suadente 29, caus. 17, qu. 4*, ubi: *Nullus episcoporum illum praesumat absolvere, nisi mortis urgente periculo*. In tali enim periculo, quisque existens in mortali eodem modo tenetur confiteri ac si esset in articulo. — Consentit Concina¹⁰, modo tale periculum sit adeo grave, ut vix distingui certo possit ab articulo. Sed verius sufficere videtur quod adsit prudens timor mortis ex illo periculo eventurae.

Tale autem periculum censetur adesse in paelio, in longa navigatione, in diffili parti, in morbo periculos, et similibus; ut Sanchez¹¹, Salmant.¹² — Idem de eo qui est in periculo probabili incidendi in amentiam¹³. — Idem de captivis apud infideles cum exigua spe libertatis, si credantur nullos alios sacerdotes habituri¹⁴.

562. — Quaeritur 3^o. *An sacerdos simplex possit poenitentem absolvere moribundum, etiam praesente confessario approbato?*

Prima sententia communissima negat. Et hanc tenent Sanchez¹⁵, Suarez¹⁶, Molina¹⁷, Azor^{a)}, Bonacina¹⁸, Cardenas¹⁹, Antoine²⁰, Palau²¹; Lugo²² cum Silvestro^{b)}, Soto^{b)}, Armilla^{b)}, Covarruvias^{b)}, Ro-

Quilibet sacerdos absolvit in periculo mortis.

Quando censetur adesse mortis periculum.

Communissime negatur simplicem sacerdotem posse absolvere praesente approbato.

¹ In Suppl., qu. 8, art. 6. Cfr. in 3 P., qu. 82, art. 7. — *Angel.*, v. *Confessio III*, n. 2. — *Cont. Tourn.*, loc. cit., n. 682. — ² De inconst. in fide, cap. 18, n. 39. — ³ V. *Moribus*, a n. 38, et n. 39. — ⁴ *Select. de Poenit.*, part. 5, v. *Ac projecto non ambigo*. — *Sotus*, in 4, dist. 18, qu. 4, art. 4, v. *Quaeris autem*. — *Covarruvias*, in cap. *Alma mater*, part. 1, § 11, n. 8. — *Graff.*, Decis. aur., part. 1, lib. 1, cap. 13, n. 84 et 85. — *Petr. Ledesma*, Sum. de Sacri Poenit., cap. 12, dub. 3. — ⁵ Tr. 6, cap. 11, n. 23. — ⁶ Disp. 26, sect. 4, n. 3. — ⁷ Decal., lib. 2, cap. 13, n. 1. — ⁸ Tr. 23, punct. 13, n. 7. — ⁹ Loc. cit., n. 24. — *Navar.*, Man., cap. 27, n. 272, v. *Septimo*; et cap. 26, n. 31. — *Silvestro*, v. *Confessor I*, qu. 6, v. *Septimo*. — *Lugo*, disp. 18, n. 21 et seq. — *Bonac.*, de Poenit., qu. 7, punct. 1, n. 10. — *Palud.*, in 4, dist. 20, qu. 1, art. 2, concl. 1 et 3, (n. 7 et 8). — *Vasq.*, qu. 98, art. 1, dub. 5, n. 2. — *Villalobos*, part. 1, tr. 9, diff. 44, n. 8. — *Trull.*, in Decal., lib. 1, cap. 3, dub. 7, n. 3. — ¹⁰ Lib. 2, diss. 2, cap. 4, n. 15. — ¹¹ Decal., lib. 2, cap. 18, num. 1, v. f. — ¹² Tr. 6, cap. 11, num. 23. — ¹³ *Saint.*, loc. cit., num. 27. — ¹⁴ N. 28. — ¹⁵ Loc. cit., n. 7. — ¹⁶ Disp. 26, sect. 4, n. 4. — ¹⁷ De Just. et Jure, tr. 3, disp. 63, n. 2. — ¹⁸ *De Poenit.*, qu. 7, punct. 1, n. 10. — ¹⁹ In prop. 1, diss. 2, n. 424. — ²⁰ *De Poenit.*, cap. 3, art. 2, qu. 3, resp. 3. — ²¹ Tr. 23, punct. 13, n. 8. — ²² Disp. 18, n. 24 et 34.

^{f)} *Canus, Select. de Poenit.*, part. 5, v. *Ac projecto non ambigo*, ita sane tenet de excommunicato vitando, et inclinat etiam in eamdem sententiam pro alteris praecisis; sed v. *Unde ad 3*, concludit: « Ex his duabus utratis opinio diligenda, prudentiorum ego et doctiorum arbitrio derelinquo ».

^{562.} — ^{a)} Azor, part. 1, lib. 8, cap. 19, qu. 5, loquitur de haeretico morti proximo, et quaerit utrum a quolibet sacerdote absolviri possit, respondetque affirmative, « si episcopus et fidei inquisitores desint ».

^{b)} Auctores isti a Lugo citantur pro sententia quae negat simplicem sacerdotem posse

sellā^{b)}, Graffio^{b)}, etc.; Mazzotta¹ cum Vasquez, Coninck et Laymann; ac Salmant.² cum pluribus aliis. — Probatur ex Tridentino³, ubi dicitur: *Pie admodum, ne hac ipsa occasione aliquis pereat, in eadem Ecclesia Dei custoditum semper fuit ut nulla sit reservatio in articulo mortis: atque ideo omnes sacerdotes quoslibet poenitentes a quibusvis peccatis et censuris absolvere possint: extra quem articulum, sacerdotes, cum nihil possint in casibus reservatis, id unum poenitentibus persuadere nitantur, ut ad superiores legitimos judices pro beneficio absolutionis accedant.* Ex quibus verbis duplex colligitur ratio pro hac sententia. — Prima, quia cum ibi dicatur: *in Ecclesia Dei custoditum semper fuit*, infertur concilium non constituisse jus novum, sed tantum antiquam Ecclesiae consuetudinem declarasse et approbasse, nempe quod sacerdotes simplices tunc solum absolverent, quando deest copia confessarii approbati. Hancque antiquam consuetudinem probant autores citati ex can. *Presbyteri, caus. 26, qu. 6; extrav. Inter cunctas, § Incendia-*

¹ Tr. 6, disp. 2, qu. 1, cap. 1, dub. 1. - *Vasq.*, qu. 93, art. 1, dub. 4, n. 18. - *Coninck*, disp. 8, n. 90. - *Laym.*, lib. 5, tr. 6, cap. 12, num. 14. - ² Tr. 6, cap. 11, num. 30. - ³ Sess. 14, de Poenit., cap. 7. - ⁴ De Just. et Jure, tr. 3, disp. 63, num. 2. - ⁵ V. *Absolutio*, n. 4 (in edit. corr., n. 3). - ⁶ Decis. cas., lib. 5, tit. 22, decis. 21. - ⁷ Consil. 23, de poenit. et remiss., n. 3. (*Retractans*, n. 1, quod in Man., cap. 26, num. 26, insinuaverat). - ⁸ In Trid. sess. 14, de Sacr. Poenit., cap. 7, n. 12. - *Vega*, Sum. nueva; part. 1, cap. 6, cas. 16. - *Petr. Ledesma*, Sum., de Sacr. Poenit., cap. 12, concl. 1, dub. 2, v. *Dico 2*. - *Regin.*, lib. 1, n. 61. -

absolvere in articulo mortis, praesente proprio poenitentis sacerdote; et ita sane tenent vel perspicue innuunt Silvester, v. Absolutio I, n. 10, et v. Confessor I, n. 6, § Septimo; Sotus, in 4, dist. 18, qu. 4, art. 4; Armilla, v. Absolutio, n. 12; Covarruvias, in cap. Alma mater, part. 1, § 11, n. 8, v. *Quod si*; Rosella, v. Absolutio I, n. 131; Jacob. de Graffis, Decis. aur., part. 1, lib. 1, cap. 13, n. 85.

^{c)} Bossius utique, in tr. de Jubil., sect. 1, cas. 12, n. 22, hanc sententiam videtur tenere; et in Oper. moral., part. 3, tit. 5, § 7, n. 58, dicit utramque sententiam valde probabilem esse, sed addit priorem esse tutiorem, proindeque « consulte faciet qui, praesente suo parocho vel superiore, ab eo prius quam ab alio se absolvitur; et quia etiam est magis communis et videtur probabilior ac rationi conformior, ideo ea retenta erit servandus debitus ordo ». — Homobonus, Consult. et re-

rios, de privil., et aliis textibus. — Secunda ratio: quia ideo Ecclesia in articulo mortis omnibus sacerdotibus facultatem praebet absolvendi a quibusvis peccatis, quia tunc extrema urget necessitas, et Ecclesia eis jurisdictionem confert^{d)} ne aliquis pereat; at haec ratio cessat quando adest sacerdos approbatus. Et Molina⁴ testatur ita declaratum fuisse a Gregorio XIII.

Alii affirmant posse.

Secunda vero sententia affirmit. Et hanc tenent Sā⁵, Sayrus⁶, Navarrus⁷; Barbosa⁸ cum Vega, Ledesma, Reginaldo, Valero, Homobono^{c)}, Bossio^{c)}, etc.; item Comitolus, Henriquez, Villalobos, Angles^{d)}, Conradus^{d)}, Diana, Marchinus, etc., apud Lugo⁹. Atque probabilem putant Viva¹⁰, Sporer¹¹, Elbel¹²; et Lugo¹³, ubi improprietur Turrianum, qui vocat eam improbabilem, et damnatam a Gregorio XIII. Nam ait Lugo quod de enuntiata declaratione non constat authentice; et proinde sic loquitur: *Certe sententia, quam tot et tam graves DD. tenent, negari non potest quin probabilis sit; praesertim cum fundetur in verbis Tridentini, quae non facile explicari possunt ab adversariis.* — Ratio igi-

¹ Valer., v. *Excommunicatio*, differ. 23, n. 1; et v. *Poenitentia*, differ. 9, n. 2. — *Comitol.*, Resp. mor., lib. 1, qu. 22, num. 2. - *Henrig.*, lib. 6, cap. 11, n. 4, lit. u, num. 6 et 8; cap. 12, n. 1. - *Villal.*, part. 1, tr. 27, claus. 9, § 2, num. 7; cfr. etiam tr. 9, diff. 44, num. 9. - *Diana*, part. 1, tr. 5, resol. 5; et part. 4, tr. 4, resol. 161. - *Marchin.*, de Peste, part. 3, cap. 3, n. 10 et seqq. - ⁹ Disp. 18, n. 23 et 24. - ¹⁰ De Poenit., qu. 8, art. 2, n. 5. - ¹¹ Part. 3, cap. 6, n. 725. - ¹² Conf. 12, de Jurisd. confess., n. 328. - ¹³ Loc. cit., num. 23 et 24. - *Turrian.*, Select. disp., Censura theol., centur. 2, dub. 77.

spons., part. 4, super *Censur.*, resp. 83, quaerit: « An valeat absolutio data in articulo mortis constituto, super excommunicationem et casum reservatum, etiam si superior pro facultate impetranda adiri potuisset? » - « Respondi, inquit, ex probabili multorum sententia absolutio valere ».

^{d)} Angles, quamvis hic a Lugo (ex Diana) citetur, videtur tamen oppositum sentire, *Flor.*, de *Confess.*, art. 8, diff. 9, concl. 2, ubi dicit quemlibet sacerdotem simplicem, etiam excommunicatum et denunciatum, posse absolvere a reservatis in articulo mortis, idque ex Tridentino probari, sed addit: « Quod est intelligendum caute, scilicet deficiente sacerdote non impedito ». — Conradus, pariter a Lugo ex Diana citatus, videtur perperam citari; nam in *Resp. cas.*, part. 1, qu. 12, quamvis dixerit concilium hanc facultatem sine ulla exceptione concedere, concludit tamen his verbis: « Neque

tur hujus sententiae est: quia a concilio videtur indistincte concessa omnibus sacerdotibus potestas absolvendi tempore mortis, ad salutem animarum faciliorem reddendam, verbis illis: *Atque ideo omnes sacerdotes quoslibet poenitentes a quibusvis peccatis et censuris absolvere possint.* Ubi autem lex non distinguit (commune axioma est), nec nos distinguere debemus. Neque ex ullo textu dicunt compertum haberiquod ex antiqua consuetudine prohiberentur simplices sacerdotes absolvere moribundos praesente approbato: textus enim oppositi (ut ajunt) non loquuntur de absolutione sacramentali, sed de reconciliatione publicorum poenitentium cum Ecclesia; aut sane id asservunt de absolutione censorum reservatarum, quae (ut infra dicetur) nequeunt utique absolvi ab inferiore praesente superiore.

His tamen non obstantibus, puto non recedendum a prima sententia, ob auctoritatem Ritualis Romani¹, ubi sic dicitur: *Sed si periculum mortis immineat, approbatusque (nota) desit confessarius, quilibet sacerdos potest a quibuscumque censuris et peccatis absolvere.* Possunt igitur simplices sacerdotes absolvere, *si desit approbatus confessarius*; ergo non possunt, si adsit approbatus. — Quo insuper Rituale clare videtur adstruere hanc fuisse priscam Ecclesiae consuetudinem; dum Paulus V in sua bulla, per quam hoc Rituale approbat, dicit: *Restabat, ut uno... volumine comprehensi sacri et sinceri catholicae Ecclesiae ritus, qui in sacramentorum administratione... servari debent...* Apostolicae Sedis auctoritate prodirent. Deinde asserit se receptos et approbatos catholicae Ecclesiae ritus, suo ordine digestos conspexisse. Tandem sic concludit: *Hortamur in Domino... patriarchas, archiepiscopos et episcopos..., parochos, etc., ut in posterum, tamquam Ecclesiae Romanae filii, ejusdem Ecclesiae... constituto Rituali in sacris functionibus utan-*

¹ De Sacr. Poenit., num. 1. — *Paul. V*, brev. Apostolicae Sedis, de die 17 Jun. 1614. — ² De Sacr. Poenit., num. 55. — ³ In cap. *Non est vobis*, de sponsal., num. 8. —

illam facultatem Ecclesia concedit, nisi quando sacerdos proprius haberi non potest, ut jam dictum est».

S. ALPHONSI, *Opera moralia*. — Tom. III.

tur; et in re tanti momenti, quae catholica Ecclesia, et ab ea probatus usus antiquitatis (nota) statuit, inviolate observent. Ergo hoc quod praescribitur in Rituali de absolutione moribundi, satis declarat Pontifex a probato usu antiquitatis statutum fuisse.

Accedit Catechismus Romanus², ubi ait concilium docere, quemlibet sacerdotem posse absolvere ab omni peccato et censura, *si mortis periculum imminet, et proprii sacerdotis (nota) facultas non datur.*

Id clarius et fortius probatur ex eo quod praefata verba Tridentini: *Atque ideo omnes sacerdotes quoslibet poenitentes a quibusvis peccatis et censuris absolvere possint* (ut recte dicunt Fagnanus³, Petrocorensis⁴, et auctor, apud Croix, de *Officiis Confessarii*⁵) non jam referuntur ad quoscumque sacerdotes, sed ad eos tantum de quibus antecedenter loquitur concilium, nempe de illis qui ordinariam aut subdelegatam (habent) jurisdictionem. Et hoc declaravit S. C. generalis Concilii (apud Fagnanum⁶), ubi dixit: *Caput 7 Tridentini de casuum reservatione... referendum... ad eos sacerdotes... qui habent vel ordinariam vel delegatam potestatem.* — Ergo omnino dicendum est concilium in hoc punto non condidisse jus novum, sed tantum antiquam Ecclesiae consuetudinem declarasse, nempe quod *nulla sit reservatio in articulo mortis*, respectu ad solos sacerdotes qui ordinariam vel delegatam potestatem absolvendi habent.

Quod autem simplices sacerdotes (exceptis^{e)} excommunicatis vitandis, haereticis et schismaticis, ut diximus n. 560), possint valide et licite absolvere in articulo mortis ab omnibus peccatis et censuris: id non habetur ex Tridentino, sed aliunde, nempe ex can. *Presbyter*, [caus.] 26, qu. 6; item ex Rituali Romano, et ex declaratione ejusdem S. C. Concilii (apud Fagnanum⁷), et ex communi Ecclesiae consuetudine^{f)}.

⁴ De Poenit., cap. 7, qu. 8. — ⁵ Sect. 1, cap. 1, v. *Dico 2*. — ⁶ Loc. cit., n. 2. — ⁷ In cap. *Non est vobis*, de sponsal., num. 8.

^{e)} Sed vide notam b ad dictum n. 560.

^{f)} Hic addendum est S. C. S. O., die 29 Juilii 1891, declarasse non esse inquietandos qui

Quando simplex sacerdos possit absolvere tempore mortis etiam praesente confessario approbato, in sequentibus casibus:

563. - Probabiliter tamen simplices sacerdos possunt absolvere tempore mortis etiam praesente confessario approbato, in sequentibus casibus:
1º. Si approbatus nollet vel non posset audire confessionem; quia tunc idem acciderat ac si decesset. Ita communiter Sanchez¹, Lugo², Renzi³; et Salmant.⁴ cum Aversa.

2º. Si approbatus sit nominatim excommunicatus vel suspensus; quia tunc praefendens est simplex sacerdos. — Sanchez⁴, Suarez⁵; Renzi⁶ cum Hurtado; et Mazzotta⁶ cum Bonacina. Et hoc est certum, juxta dicta n. 560, v. *His tamen.*

3º. Si approbatus esset alienae dioecesis; quia iste, respectu ad infirmum, minime dicitur approbatus. — Ita probabilius Lugo⁷; Salmant.⁸ cum Trullench; item Henriquez⁹; Aversa et Diana, apud Croix⁹ (contra Suarez¹⁰ et Sanchez¹¹ cum Zambrano).

4º. Si moribundus ita horreret manifestare sua crima confessario approbato, ut esset in periculo confitendi sacrilege. Tunc enim sacerdos simplex bene posset eum absolvere adhuc praesente approbato; quia hoc valde consonum videtur benignitati matris Ecclesiae, *ne hac... occasione aliquis pereat*, ut dicitur in Tridentino. (Forte enim poterit accidere quod appro-

batus sit inimicus, consanguineus, aut objectum peccati; et tunc non censetur Ecclesia, in tanta necessitate velle infirmum obligare ad ei tantum confitendum). Ita probabiliter Mazzotta¹² cum Croix¹³, ex D. Thoma¹⁴; et Sporer¹⁵. — Qui idem censet procedere, si infirmus non posset confiteri approbato sine magna difficultate aut incommodo; vel si ille simplex sacerdos esset ei manifeste magis idoneus ac utilis futurus quam parochus rusticus.

5º. Si confessarius approbatus superveniat jam incepita confessione cum sacerdote simplici; quia tunc compleri debet judicium jam inceptum. Ita communiter Sanchez¹⁴, Lugo¹⁵, Mazzotta¹⁶, Renzi¹⁷; Croix¹⁸ cum Silvio; et Salmant.¹⁹ cum Granado, Henriquez, Diana, Aversa, Praeposito, Trullench, etc. — Hinc probabiliter dicunt Sanchez²⁰, Renzi²¹; et Salmant.²² cum Lugo, Diana et Aversa, quod si confessio facta sacerdoti simplici fuerit invalida, etiam superveniente approbato, bene poterit infirmus primo sacerdoti confiteri; quia revera ille habuit jurisdictionem ad priorem confessionem, quae non censetur finita, cum invalida fuerit absoratio impertita.

6º et ultimo. Casu quo sacerdos approbatus fuisse complex infirmi in pec-

n. 33. — ¹⁶ Loc. cit. — ¹⁷ De Sacr. Poenit., cap. 4, sect. 2, qu. 12. — ¹⁸ Lib. 6, part. 2, n. 1562. - *Silvius*, in Suppl., qu. 8, art. 6, v. *Advertendum*; et Opusc. VII, oratio 4, § *Confirmatur*. — ¹⁹ Tr. 6, cap. 11, num. 34. - *Gran.*, in 3 P., controv. 7, de Poenit., tr. 10, disp. 4, num. 12. - *Henriq.*, lib. 6, cap. 11, num. 8. - *Diana*, part. 5, tr. 8, resol. 66. - *Aversa*, qu. 16, sect. 3, v. *Si tamen adeset*. - *Praepos.*, qu. 7, dub. 5, n. 41. - *Trull.*, in bull. *Cruciat.*, lib. 1, § 7, cap. 2, dub. 5, n. 5. — ²⁰ Loc. cit., n. 16. — ²¹ De Sacr. Poenit., cap. 4, sect. 2, qu. 13. — ²² Tr. 6, cap. 11, n. 35. - *Lugo*, disp. 18, n. 33. - *Diana*, part. 5, tract. 3, resol. 66. - *Aversa*, qu. 16, sect. 3, v. *Si tamen adeset*.

tenent validam esse absolutionem in articulo mortis concessam a sacerdote non approbato; etiam quando facile advocari seu adesse potuerit sacerdos approbatus».

^{f)} Hostiensis, Innocentius et Felinus citant a Sanchez, de Matr., lib. 3, disp. 22, n. 48, pro hac sententia in simili dumtaxat, scilicet pro validitate actuum gestorum a tabellione qui communiter reputabatur talis, et revera non erat; et ita Hostiensis, in cap. *Scriptura* 1, *de fide instrum.*, n. 2; et Sum., lib. 2, *de fide instrum.*, n. 3, Innocentius, in cap. 1 *de fide instrum.*, n. 2; et Felinus, in eund. loc., n. 18. Sed de casu nostro contrarium tenent Innocentius, in cap. Qualiter, de elect. et electi pot. et in cap. Nihil est, eod., n. 3 et 4; et Felinus, in cap. Cum dilecta, de descr., n. 3; quod etiam notavit Sanchez, n. 49.

^{g)} Roncaglia, qu. 5, cap. 1, qu. 3, resp. 3, priore sententiam tenet, quam tr. 15, qu. 2, cap. 1, qu. 3, sibi valde probabilem esse affirmat.

^{h)} Holzmann, de *Sacr. Poenit.*, n. 684, non absolute negat, et probabilem existimat priorem sententiam; sicut Sporer, part. 3, cap. 6, n. 714; et Elbel, confer. 12, de *Jurisdict.*, n. 313, qui negant repetendas esse confessiones tali confessario factas extra mortis periculum, propter probabilitatem prioris sententiae.

ⁱ⁾ Utrum revera Sanchez n. 49, sibi sit contrarius, non satis mihi constat: in priori enim opinione potius videbatur loqui de errore juris; hic vero de errore facti.

Covarruviasⁱ⁾, Cajetano, Lopez, Gabrielio, Ugolino, Henriquez, Palacio, Aragon, etc. — Ratio, quia, cum deest titulus coloratus, minime praesumitur Ecclesia velle supplerre jurisdictionem; eo quod, si Ecclesia cum solo errore communi jurisdictionem conferret, majus proveniret damnum fidelibus quam utilitas: plures enim sacerdotes impii ex hoc occasionem sumerent simulandi se confessarios, et sic plurimos errores et haereses possent disseminare, fideles seducendo. — Sed haec ratio non omnino convincit. Nam, dato quod Ecclesia jurisdictionem hujusmodi impiorum sacerdotibus denegaret, neque impediretur quominus ipsi, qui damnationem suam jam nihili faciunt, suos errores disseminarent; et versa vice fideles ob invaliditatem suarum confessionum, evidenti periculo perditionis exponerentur.

Prima sententia probabilitatis.

Unde merito primam sententiam probabilem putant Cardenas¹, Viva², Tamburinius³ et Roncaglia⁴, Sporer⁵, Holzmann⁶; ac Elbel⁷ cum Henno⁸, Gobat, Herincx⁹ et Stoz¹⁰. — Et ideo probabi-

Cajetan., Sum., v. *Confessionis iteratio*, § *Ex parte confessoris*; et v. *Absolutionis impedimenta*. — *Ludov. Lopez*, Instruct. conc., part. 1, cap. 38, v. *Iteranda est*. — *Anton. Gabriel*. Commun. concl., lib. 1, concl. 8, n. 21, 54 et 60. — *Ugolin.*, de Censur., tab. 1, cap. 2, § 22, num. 1 et 2. — *Henrig.*, lib. 6, cap. 6, num. 2, lit. e; et cap. 7, n. 2. — *Mich. Palac.*, in 4, dist. 17, disp. 7^{bis}, v. *Similitter quoque*. — *Aragon*, in 2^{ae}, de Just. et Jure, qu. 60, art. 6, v. *Sed major difficultas*, et v. *Est aliud dubium*. — ¹ In prop. 1, diss. 2, n. 151. — ² De Poenit., qu. 8, art. 1, n. 16. — ³ Lib. 5, de Poenit., cap. 4, § 7, 17 et 18. — ⁴ Qu. 5, cap. 1, qu. 3, resp. 3. — ⁵ Part. 3, cap. 6, n. 714. — ⁶ De Sacr. Poenit., n. 684. — ⁷ Confer. 12, de Jurisdic. confessar., n. 313. — *Gobat*, tr. 7, cas. 3, n. 111. — ⁸ Lib. 2, de Sacr. Poenit., dissert. 2, cap. 5, n. 2. — ⁹ Cap. 3, art. 1, diff. 18, n. 5.

ⁱ⁾ Covarruvias, *Pract. Quaest.*, cap. 19, n. 9, loquitur de simili, scilicet de tabellionibus; nec plane concordat, et significat satis esse communem errorem, nisi probetur titulus defuisse.

^{j)} Henno his verbis ab Elbel citatur: « *Vide... Henno*; et sane hic auctor, *de Poenit.*, disp. 8, qu. 5, resp. ad obj., v. *Dices 2^{ae}*, utrumque requirit; et eo solo casu quo titulus sit fictus, « *inclinor, inquit, illo casu in favorem poenitentium* ». — Herincx autem (ab Elbel sine loci indicatione citatus), disp. 5, n. 30, loquitur de solo casu quo concurrunt simul error communis et titulus coloratus. — Stoz pariter, lib. 1, part. 5, n. 118, de solo errore communi loquitur; sed lib. 2, n. 53, continuator operis (germanus frater auctoris) tractat de casu quo cum errore communi

liter dicunt non esse obligandos fideles ad repetendas confessiones bona fide factas apud sacerdotem qui ex communi errore confessarius reputabatur.

573. — Quaeritur 2^o. *An liceat administrare sacramentum Poenitentiae cum jurisdictione tantum probabili?* — Adsunt tres sententiae:

Prima sententia negat; et hanc tenent Concina⁸, Antoine⁹ et Elizalde¹⁰. — Ratio, quia, ex prop. 1 damnata ab Innocentio XI, in administratione sacramentorum non licet uti opinione probabili, ne sacramentum exponatur periculo frustrationis.

Secunda vero sententia communis docet licitum esse absolvere cum probabili jurisdictione: modo opinio sit vere probabilis, gravi fulcita ratione et auctoritate. — Ita Sanchez¹¹, Lugo¹², qui putat tutissimam^{b)}, Bonacina¹³, Palaus¹⁴, Lessius¹⁵, Coninck^{c)}, Fillucci¹⁶, Croix¹⁷, Tamburinius¹⁸, Viva¹⁹, Cardenas²⁰; item Hozes²¹, Filguera²², Corella²³ et Lumbier²⁴; et Salmant.²⁵ cum Turriano, Villalobos, Re-

qu. 5. — ¹⁰ De Matr., lib. 8, disp. 22, n. 65; Decal., lib. 1, cap. 9, n. 35. — ¹¹ Disp. 19, n. 80 et seqq. — ¹² De Poen., qu. 7, punct. 5, § 4, n. 4. — ¹³ Tr. 1, disp. 2, punct. 5, n. 9. — ¹⁴ Lib. 2, cap. 29, n. 68. — ¹⁵ Tr. 7, cap. 8, n. 227. — ¹⁶ Lib. 6, part. 1, num. 117, et 118, v. 1. *Ut opinio*. — ¹⁷ Method. conf., lib. 3, cap. 7, § 1, n. 1; cfr. etiam lib. 5, de Poen., cap. 4, § 8, n. 3 et 9. — ¹⁸ In propos. 1 Innoc. XI, num. 20; et de Jubil., qu. 3, art. 2, num. 4 et 5. — ¹⁹ In propos. 1, diss. 2, n. 160. — ²⁰ Explic. prop. 1 Innoc. XI, num. 9 et 23; cfr. etiam qu. 2, Append., num. 8 et seqq. — ^{c)} Lucerna decretalis, in prop. 1 Innoc. XI, v. *Circa autem*. — ²² Tr. 10, num. 18. — ²³ In propos. 1, observ. 3, num. 30 et 33. — ²⁴ Tr. 6, cap. 11, num. 74. — *Turr.*, Select. disp., part. 1, disp. 21, dub. 2. — *Villal.*, part. 1, tr. 1, diff. 18, n. 5.

adest etiam titulus coloratus, et videtur utrumque requirere.

573. — ^{a)} Elizalde de hac materia non tractat; sed Concina ejus doctrinam et verba adducit ad explodium unum ex argumentis, quibus utinam auctores tenentes licitum esse uti jurisdictione probabili: argumentum vide-licet petitum a benignissima pietate matris Ecclesiae. Et profecto Elizalde, part. 2, lib. 5, qu. 15, (revera qu. 16), § 2, contra probabilistas in universum ostendit pietatem matris Ecclesiae minime obstare quin nobis leges etiam difficiles, imponat, imo obligare possit negligentes et ex negligentia ignorantes.

^{b)} Lugo vocat eam tutissimam extra mortis articulum, et dicit eam videri etiam licitam in ipso mortis articulo.

^{c)} Coninck, disp. 8, n. 22, hanc senten-

ginaldo^{d)}, Aversa, Salas^{e)}, Dicastillo, Herincx, Bonaespei; et Salmant. scholastici¹ cum Maldero, Granado, Henriquez et Gabriele. Et eam vocant moraliter certam Sanchez, Tamburinius et Cardenas^{f)}; ac Dicastillus, Illsung^{g)}, Gormaz, Stoz^{h)}, etc., apud Croix.

Ratio 1^a. Quia error communis, etiamsi non adsit titulus coloratus, praebet jurisdictionem, modo opinio ab omnibus te-neatur ut probabilis; nam si alii sapientes dubitarent de probabilitate, et coram Deo falsa esset, error esset, sed non communis. — Verum haec ratio non convincit. Nam, licet praefata opinio (quod existente errore communi, Ecclesia supplet jurisdictionem) non sit improbabilis, ut diximus in Quaestione praecedenti; tamen non est certa, uti requiritur ad licite ministrandum sacramentum.

Ratio 2^a. Quia, cum quilibet sacerdos habeat potestatem directam super venialia, poenitentes qui bona fide confitentur sacerdoti habenti jurisdictionem tantum probabilem, jam valide absolvuntur eo casu, directe a venialibus, et indirecte a mortalibus. — Sed opinio illa, quod confessio venialium apud simplicem sacerdotem sit valida, nec etiam est certa (ut diximus n. 543, v. *Secunda*). Unde nec etiam haec ratio convincit.

Aversa, qu. 16, sect. 5, v. *Tertio* et seqq. — *Dicast.*, disp. 10, dub. 8, num. 198. — *Herincx*, disp. 5, num. 30. — *Francisc. Bonaespei*, de Poen., disp. 9, n. 39. — ¹ Tr. 21, disp. 12, dub. 7, n. 80. — ² *Malder.*, in 1^{am} 2^{ae}, qu. 19, disp. 86, v. *Dico 6*. — *Granad.*, in 1^{am} 2^{ae}, controv. 2, tr. 12, disp. 4, n. 88. — *Henrig.*, lib. 5, cap. 14, n. 3. — *Gabr. a S. Vinc.*, disp. 9, qu. 2, v. *Quaeres 9*. — *Sanch.*, locis cit. — *Tambur.*, lib. 5, de Poen., cap. 4, § 8, n. 3. — ³ Loc. cit., n. 165. — *Dicast.*, disp. 10, dub. 8, num. 196 et 199. — *Gorm.*, de Sacr. in gen., disp. 5, n. 331 et 332. — *Croix*, lib. 6, part. 1, n. 117. — ⁴ Disp. 26, sect. 6, n. 7. — ⁵ Disp. 19, n. 33. — ⁶ Diss. 2, n. 165 et seqq. — ⁷ De Poenit., disp. 39, sect. 5, subsect. 2, num. 43. — ⁸ Part. 3, tract. 2, resol. 3, i. f. — ⁹ Lib. 6, part. 1, num. 117. — ¹⁰ *De Relig.*, tr. 8, lib. 2, cap. 9, n. 3. — ¹¹ De Regular., comment. 3, n. 52, v. f. — ¹² De Off. et Postest. episc., part. 1, tit. 4, n. 36. — ¹³ Diss. 2, n. 161. — ¹⁴ Sum., v. *Archiepiscopi auctoritas*, n. 25. — ¹⁵ De Monialib., cap. 10, n. 42.

tiam non habet; sed n. 42, dicit sacerdotem licite absolvere, quando est quasi moraliter certus se habere veram jurisdictionem in omnia poenitentis peccata, etiam si de aliquibus paululum dubitet.

^{d)} Reginaldus et Salas tertiam tenent sententiam, quam S. Alphonsus amplectitur. — Reginaldus enim, lib. 1, n. 103, dicit posse ministrari hoc sacramentum cum opinione probabili de jurisdictione, sed addit: « *Nisi gravis rationabilisque causa urgeat...*, utendum semper esse illa meliori ac tutiori via, ut confessarius certam aut probabiliorem habens jurisdictionem praferatur dubiam aut minus probabilem habenti ». — Salas pariter, in 1^{am} 2^{ae}, tr. 8, n. 100, usum illius probabilis

Ratio 3^a. Quia Ecclesia supplet jurisdictionem ex ratihabitione de praesenti, cum videat sic communiter practicari, et ob bonum animarum annuit.

Ratio 4^a et potior est, quia in Ecclesia adest universalis consuetudo fere omnium confessariorum absolvendi cum jurisdictione probabili; ut testantur communiter Suarez³, Lugo⁴, Cardenas⁵, Arriaga⁶, Diana⁷, Croix⁸, et omnes⁹ alii auctores citati pro hac secunda sententia. Communis autem sententia doctorum fundat moralem certitudinem de praefata consuetudine. Et licet contraria illudicatum putent absolvere cum jurisdictione probabili, praescindunt tamen, nec possunt negare hanc consuetudinem adesse, saltem apud partem longe maiorem confessariorum. — Posita igitur ut certa hac consuetudine, certum est licitum esse sacramentum ministrare cum jurisdictione probabili; cum ipsa consuetudo jurisdictionem praefbeat, prout docent Suarez⁹, Navarrus¹⁰ (ubi ait^h): *Hanc jurisdictionem magna ex parte introductam vel auctam esse consuetudine, quae vim habet dandi jurisdictionem*), Barbosa¹¹, Cardenas¹², Quaranta¹³, Pellizzari¹⁴. Idque probant ex cap. *Cum contingat 13, de foro compet.*, ubi dicitur: *Nisi forte hi quibus delinquentes ipsi deserviunt, ex indulgentia vel consuetudine speciali*.

Aversa, qu. 16, sect. 5, v. *Tertio* et seqq. — *Dicast.*, disp. 10, dub. 8, num. 198. — *Herincx*, disp. 5, num. 30. — *Francisc. Bonaespei*, de Poen., disp. 9, n. 39. — ¹ Tr. 21, disp. 12, dub. 7, n. 80. — ² *Malder.*, in 1^{am} 2^{ae}, qu. 19, disp. 86, v. *Dico 6*. — *Granad.*, in 1^{am} 2^{ae}, controv. 2, tr. 12, disp. 4, n. 88. — *Henrig.*, lib. 5, cap. 14, n. 3. — *Gabr. a S. Vinc.*, disp. 9, qu. 2, v. *Quaeres 9*. — *Sanch.*, locis cit. — *Tambur.*, lib. 5, de Poen., cap. 4, § 8, n. 3. — ³ Loc. cit., n. 165. — ⁴ Diss. 2, n. 161. — ⁵ Sum., v. *Archiepiscopi auctoritas*, n. 25. — ⁶ De Monialib., cap. 10, n. 42.

jurisdictionis non concedit, nisi urgeat causa gravis; et n. 285 idem repetit, « *etiam si de jurisdictione sit opinio probabilius* ». — Dicastillus vero citat Salas, *de Legib.*, cap. 12, [forte disp. 12] sect. 6, n. 24; sed allegatio haec non est ad rem.

^{e)} Illsung, tr. 1, disp. 1, n. 77, ait esse communissimam sententiam, quod Ecclesia « *certissime* » supplet defectum.

^{f)} Stoz, lib. 2, num. 53, hanc sententiam utique simpliciter tenet; non tamen eam vocat moraliter certam, quidquid affirmet Croix.

^{g)} Rectius: *multi ex auctoribus citatis*.

^{h)} Verba haec sunt Suarezii; sed sunt juxta mentem Navarri.

jurisdictionem hujusmodi valeant sibi vindicare. Ubi Glossa ait: *Quod consuetudo dat jurisdictionem.*

Nec obstat prop. 1 damnata. — Etenim respondent Viva¹ et Wigandt² cum Gonet: *Propositio loquitur de opinionibus circa ea in quibus nihil potest Ecclesia, id est circa materiam et formam; non vero circa jurisdictionem, quae bene ab Ecclesia suppleri potest, et moraliter certo praesumitur supplieri in hoc casu ob bonum animarum. Unde confessarius absolvendo, non absolveret cum sola opinione probabili, sed moraliter certa, non directa, sed reflexa.*

S. Doctor et alii dicunt licitum in sola necessitate vel utilitate gravi.

Tertia sententia, quam amplector, et tenent Suarez³, Holzmann⁴, Marchant⁵, Gobat⁶, Wigandt⁷, Sporer⁸; et Elbel⁹ cum Bardi¹⁰, Sancio et Babenstuber, dicit licitum quidem esse ministrare hoc sacramentum Poenitentiae cum jurisdictione probabili; sed non nisi quando adest causa gravis necessitatis aut magnae utilitatis, ut ajunt Elbel et Wigandt; vel causa rationabilis, ut inquiunt Suarez¹¹ et Sporer¹². — Ratio hujus limitationis est, quia, licet Ecclesia eo casu ob bonum animarum bene censeri possit jurisdictionem supplere; tamen non praesumitur, nulla justa causa accedente, velle connovere merae libertati sacerdotum.

Hujusmodi autem causa (ut censem

Gloss. in cap. cit., ad v. *Vel consuetudine.* — ¹ De Poenit., qu. 8, art. 2, n. 2. — ² Tr. 13, n. 91. — ³ Gonet, Clyp., de Poenit., disp. 9, n. 46. — ⁴ De Sacr. Poenit., n. 683. — ⁵ Is est Petrus Marchant, Tribunal, tom. 1, tr. 2, tit. 3, qu. 4. — ⁶ Tr. 13, n. 91. — ⁷ Part. 8, cap. 6, n. 717. — ⁸ De Poenit., n. 311. — ⁹ Sancio, Select. disp. 44, n. 10. — ¹⁰ Babenst., tr. 8, part. 6, disp. 6, art. 8, num. 8 et 9. —

¹¹ Suarez, disp. 26, sect. 6, n. 6, suadet tantum hanc sententiam: « Semper tamen, inquit, ego admonerem tam ministros quam poenitentes, ut certiori vel saltem probabiliori via uterentur, nisi aliqua causa gravis vel rationalis urgeat ».

¹² Gobat utique, tr. 7, n. 115, sub gravi per se requirit ut « prudenter credat talem absolutionem esse non ingratam ipsi poenitenti, aut alia peculiaris ratio suadeat sectationem mitioris ». Sed, n. 116, ita explicat Cruciati, tr. 5, cap. 1, n. 186; et quamvis probabilem appellat secundam sententiam, n. 187, primam tamen amplectitur.

¹³ Et ita etiam Marchant, loc. cit. Holzmann vero, loc. cit., dicit: « Necessitas aliqua saltem congrua ».

¹⁴ Auctoribus qui hanc tertiam opinionem sequuntur accensendi sunt etiam Salas et Reginaldus, ut dictum est in nota d.

Sporer⁸ et Holzmann⁹ accidit: 1º Quando poenitens indigeat auxilio sive consilio illius confessarii. — 2º Si complexo peccati poenitentis sit notus apud confessarium, qui certa pollet jurisdictione, et ignotus apud confessarium habentem solam probabilem. — 3º Si confessarius qui habet jurisdictionem probabilem, prudenter timeat poenitentem non facturum confessionem integrum apud eum qui certam habet. — 4º Addit Sporer: ne poenitens incidat in aliquam aversionem vel damnosam suspicionem confessarii certi. — 5º Si urgeat preeceptum confessionis, aut singularis indulgentia lucranda; vel quia diu quis non poterit confiteri ^{m)}.

^{574.} — « 9º. Nemo tenetur unquam parochio confiteri, ne quidem in Paschate. — « Lugo¹⁰, etc. cum Diana¹¹.

« Quare parochi frustra nolunt ut parochiani confiteantur Mendicantibus, etiam in Paschate; cum habeant privilegium pro omnibus christifidelibus. Suarez, Coninck, Henriquez, Reginaldus, Zerola¹², et communiter apud Bonacina¹³. [Et ita pariter nequit prohibere parochus ne sui subditi confiteantur confessario approbato ab Ordinario loci; vide dicta num. 564, v. *Ex concessione*]. — « Adeo ut qui docent confessos regularibus, (etiam in Paschate) teneri iterum eadem confiteri suo parocho, fiant su-

¹¹ Elbel, loc. cit., i. f. — ¹² Wigandt, loc. cit., v. *Resp.* 2, i. f. — ¹³ Loc. cit. — ⁸ Loc. cit. — ⁹ Loc. cit. — Sporer, loc. cit. — ¹⁰ Disp. 19, num. 27. — ¹¹ Part. 8, tr. 1, resol. 88. — ¹² Suar., disp. 26, sect. 1, n. 12, et sect. 2. — ¹³ Coninck, disp. 8, dub. 9, n. 66. — ¹⁴ Henrig., lib. 4, cap. 4, n. 3. — ¹⁵ Regin., lib. 1, n. 27 et 67. — ¹⁶ Prax. Poenit., cap. 15, quer. 2. — ¹⁷ De Poenit., qu. 5, sect. 2, punct. 4, n. 35.

babilissime negant intervenire ullum hic delictum; atqui non peccat coram Deo exercens actionem, quam probabilissima sententia negat esse peccaminosam, seu asserit esse licitam, omnibus consideratis ».

¹⁸ Bardi non videtur recte citari ab Elbel: refert enim dumtaxat hanc opinionem, in *bull. Cruciat.*, tr. 5, cap. 1, n. 186; et quamvis probabilem appellat secundam sententiam, n. 187, primam tamen amplectitur.

¹⁹ Et ita etiam Marchant, loc. cit. Holzmann vero, loc. cit., dicit: « Necessitas aliqua saltem congrua ».

²⁰ Auctoribus qui hanc tertiam opinionem sequuntur accensendi sunt etiam Salas et Reginaldus, ut dictum est in nota d.

Quando contingat casus.

Religiosi quibusnam debent confiteri.

Nemo tenetur confiteri parocho.

Religiosi peregrinantes.

« specti de haeresi. Diana¹ et alii. » [Joannes XXII damnavit opinionem Joannis Poliaci, dicentis confessiones factas regularibus repetendas apud curatum. Deinde Clemens VIII, anno 1592; et Clemens X, in constit. *Superna*, decreverunt, bene satisfacere confessioni annuae qui confitentur religiosis simpliciter approbatis. Vide Benedictum XIV².

« Vi tamen hujus privilegii, non possunt absolvere eos religiosos aut religiosas, quae non habent facultatem extra suum ordinem confitendi; ut ex communione notat Rodriguez et Compendium Priorum vilegiorum Societatis³, et ex his Laymann, *hic*. Quia privilegio generali non censetur derogari consuetudini vel statuto particulari, nisi id exprimatur ». — [Clarius id explicat Palaus⁴ cum Suarez, Laymann, etc.; quia omnes religiones privilegium habent ab Innocentio IV et aliis Pontificibus, ne religiosi extra ordinem aliis confiteantur sine consensu suorum praelatorum].

^{575.} — « Usus tamen fert ut regulares peregrinantes ex praesumpta voluntate superiorum, si ordinis socium non habent, a quovis alio, etiam saeculari absolvantur, exceptis reservatis; in quae si religiosi Societatis extra domicilium incident, videant ordinationes praepositorum generalium⁵ et Laymann, *hic* ».

¹ Part. 4, tr. 8, resol. 102. — ² Joan. XXII, Extrav. com. *Vas electionis*, de haeret. — ³ Clem. X, const. *Superna*, diei 21 Jun. 1670, § 5, in Bullar. Rom. Mainardi. — ⁴ Notif. 18, n. 5, 7 et 8. — ⁵ Rodriguez, Quaest. regul., tom. 1, qu. 62, art. 4. — ⁶ V. *Absolutio*, § 1, i. f. — ⁷ Laym., lib. 5, tr. 6, cap. 10, n. 20. — ⁸ Tr. 23, punct. 14, n. 11. — ⁹ Suar., de Relig., tr. 8, lib. 2, cap. 16, n. 12 et seqq. — ¹⁰ Laym., loc. cit. — ¹¹ Cap. 6, n. 6. — ¹² Laym., loc. cit. — ¹³ Qu. 5, cap. 1, qu. 8, resp. 1. — ¹⁴ Lib. 6, part. 2, n. 1524. — ¹⁵ Tr. 18, n. 88, v. *Resp.* 3. — ¹⁶ Cap. 3, art. 1, qu. 3, n. 4, i. f. — ¹⁷ De Poenit., lib. 2, diss. 2, cap. 3, n. 14. — ¹⁸ De Relig., tr. 8,

Religiosi peregrinantes, si habent socium sui ordinis, debent ipsi confiteri; ut dicunt communiter Laymann², Roncaglia⁶, Tamburinius⁷, Croix⁸, Salmant.⁹ — qui bene addunt: modo socius ille sit idoneus; et sic etiam Laymann sentire videtur. — Et patet ex verbis Innocentii VII, ut infra. — Si vero desit socius, vel alius confessarius idoneus sui ordinis, bene possunt ex praesumpta licentia paelati confiteri alteri sacerdoti idoneo, regulari vel saeculari. Et in hoc omnes conveniunt.

Sed Dubium est: *Utrum hic sacerdos debeat esse ad confessiones approbat?* Affirmant Wigandt⁸ et Antoine⁹; et Concina¹⁰ cum Vasquez¹¹, etc.

Alii vero communissime et verius negant, ut Suarez¹¹, Sporer¹², Escobar¹³, Palaus¹⁴, Elbel¹⁵, Mazzotta¹⁶, Roncaglia¹⁷, Tamburinius¹⁸; et Salmant.¹⁹ cum Rodriguez, Bordono, Antonio a Spiritu S. Portello, etc. — Et probatur ex concessionibus Sixti IV, et praesertim Innocentii VII (ut ferunt Palaus¹⁸, Escobar¹⁹ et Salmant.²⁰), qui dixit: *Nos igitur... fratribus hujusmodi, quos itinerari et per eorum superiores mitti contigerit, ut si aliquem presbyterorum idoneum ex professoribus dicti ordinis habere non possint, quemcumque alium presbyterum idoneum et discretum, religiosum vel saecularem...*

Deficiente socio, possunt confiteri cuilibet idoneo, etsi non approbato.

²¹ Part. 2, cap. 17, n. 6 et 7. — ²² Part. 3, cap. 6, n. 685. — ²³ De Poenit., n. 319. — ²⁴ Tr. 6, disp. 2, qu. 8, cap. 3, § 3, v. f. v. *Denique*. — ²⁵ Qu. 5, cap. 1, qu. 8, resp. 1. — ²⁶ Lib. 5, de Poenit., cap. 5, § 2, n. 17. — ²⁷ Tr. 18, de Privile., cap. 4, num. 125. — ²⁸ Rodriguez, Quaest. regul., tom. 1, qu. 62, art. 5. — ²⁹ Bordon., Variar. resol. 2, n. 24; et resol. 34, n. 2. — ³⁰ Anton. a Spir. S. Director. Religiosor., tr. 2, disp. 2, n. 12. — ³¹ Portel., Dubia regul., v. *Confessor erga fratres*, n. 14. — ³² Sextus IV, brev. *Supplicari*, diei 2 Aug. 1479, in Bullar. Rodriguez. — ³³ Innoc. VII, bulla *Provenit*, diei 17 Oct. 1405, ibid. — ³⁴ Loc. cit., n. 12. — ³⁵ Lib. 16, n. 26. — ³⁶ Loc. cit., n. 125.

non habentes sui ordinis confessarium idoneum, possunt confiteri cuicunque simpliciter sacerdoti saeculari, vel regulari alterius ordinis? Respondetur affirmative, dummodo statutum in contrarium non habeant».

³⁷ Vasquez, qu. 93, art. 2, dub. 5, a. n. 2, disputat in universum de iis qui facultatem habent, ex concessione generali, eligendi sibi confessarium: quos negat posse sibi eligere aliquem, qui ab episcopo non sit approbatus.

³⁸ Escobar, lib. 16, n. 26; Palaus, tr. 23, punct. 14, n. 12, silent de approbatione requisita.

eligere valeant, qui confessiones eorum audire... licite possit..., indulgemus. Ubi apposite notant Salmant. cum S. Antonino^f, Silvestro^f et Soto^f, quod per rō idoneum sacerdotem, reputatur quilibet simplex sacerdos aptus ad excipiendas confessiones, etiamsi a nullo praelato sit approbatus; quia olim ante Tridentinum, jam quilibet poterat confiteri cuique simplici sacerdoti. — Praeterea dicunt praefati auctores quod praelati regulares, praebendo licentiam peregrinandi aut alibi morandi, tacite concedunt suis religiosis licentiam confitendi cuicunque sacerdoti idoneo; et hanc esse testantur consuetudinem religionum, viidentibus et non contradicentibus superiорibus.

Nec obstat Tridentinum¹: ibi enim concilium requirit confessarium approbatum ab episcopo tantum ad confessionem saecularium, non vero regularium. — Neque obstat breve Benedicti XIV *Quod communi*, etc.², sub die 30 Martii 1742, ubi concessum fuit Fratribus Capuccinis, ut in itinere confiteri possint cuicunque confessario, modo ab episcopo loci esset approbatus; tale enim breve loquitur tantum de Capuccinis, qui particularem habebant constitutionem non confitendi nisi propriis confessariis. Unde perperam Contin. Tournely³ affert praefatum breve tamquam commune respectu omnium regularium.

¹ Salmant., tr. 18, cap. 4, n. 125. — ² Sess. 23, de reform., cap. 15. — ³ Brev. *Quod communi*, § 2; in Bullar., tom. 1,

Advertendum cum Busenbaum quod facultas praedicta, quam habent religiosi itinerantes confitendi cuicunque sacerdoti idoneo, non habet locum respectu casuum reservatorum⁴.

576. — « 10°. Quod si superiores regularium monialibus sibi subjectis (idem « est de monialibus subjectis episcopo) non concedant aliquoties in anno alium confessarium, potest et tenetur illis eum dare episcopus: quod si nec is faciat, ipsae eligere possunt. — Quintanadvens⁴, ex declaratione cardinalium, apud Barbosa^a. »

Idem dicunt Paludanus^b et sex alii, apud Diana^b; quia licentia (ut ajunt) jure petita et injuste negata, videtur a jure concessa, aut saltem a Pontifice ex ejus presumpta voluntate.

Sed haec sententia, ut recte dicit de Alexandris^c, minime est admittenda. — Primo, quia videtur reprobata ex propos. 13 damnata ab Alexandre VII, quae dicebat: *Satisfacit praecepsio annuae confessionis qui confitetur regulari, episcopo praesentato, sed ab eo injuste reprobatu*. — Praeterea videtur reprobata ex cap. *Omnis utriusque sexus, de poenit. et rem.*, ubi habetur quod si quis voluerit alieno sacerdoti confiteri, etiam cum justa causa, non possit ab illo absolvi nisi licentiam prius obtineat. — Tunc autem licentia injuste negata habetur pro con-

n. 49. — ^a De Poenit., part. 2, cap. 8, n. 619. — ^b Tr. 3, singul. 26, n. 8 et 9. — ^c Confessar. monial., cap. 6, § 7, qu. 9.

Moniales, a quoniam accipiāt confessarium extraordinarium.

Ipsae nequeunt sibi eligere confessarium.

Quomodo negligenter praelatorum.

^f S. Antoninus, part. 3, tit. 17, cap. 7; Silvester, v. Confessor I, qu. 5; Sotus, in 4, dist. 18, qu. 4, art. 3, v. *Postremum dubium*, a Salmant. citant pro ea parte qua docent ante Tridentinum idoneum confessarium fuisse pro saecularibus, sacerdotem simplicem qui non fuerit nec suspensus neque excommunicatus. Quod revera dicunt Silvester et Sotus, locis citatis.

^g De religiosis extra claustra commorantibus, haec a S. C. Ep. et Reg. declarata sunt; et primo quidem, die 27 Aug. 1852: « Regulares etiam ad tempus saecularizatos debere exomologesim suam facere penes confessarios approbatos ab Ordinario loci, a quibus in actu sacramentalis confessionis absolvi poterunt etiam a censuris et casibus reservatis in ordine, si in dioecesi reservata minime sint». Iterum, die 4 Julii 1862: « Religiosos

suppressorum conventuum, qui hac de causa in communitate non vivunt, posse sibi eligere in confessarium quemcumque presbyterum, sive ex clero saeculari sive ex clero regulari, dummodo sit ex approbatis ad excipiendas confessiones ab Ordinario loci ». Utraque declaratio habetur apud Bizzarri, Collectanea, fol. 140 et 169, edit. 1863.

576. — ^a Barbosa, in Trid., sess. 25, de regul., cap. 10, n. 5, dicit tantum: « Monialibus, etiam exemptis, in certis casibus dandum esse per episcopum loci confessarium extraordinarium, decisum refert Galet... ».

^b Scilicet Diana, part. 3, tr. 4, resol. 79; et Paludanus, in 4, dist. 17, qu. 3, art. 3, concl. 1 (n. 19), non loquuntur de monialibus, sed in universo de casu quo proprius sacerdos suo subditu injuste denegat facultatem alteri confitendi.

cessa, quando ipsa requiritur tantum ad executionem actus, pro quo faciendo jam obtenta sit facultas; non vero, quando ex ipsa licentia facultas ad actum conceditur (ut Pignatellus¹). In nostro casu autem non supponitur facultas obtenta, cum haec dependeat ab approbatione episcopi. — Ex his omnibus appetet quod sententia Busenbaum saltem est valde dubia, et ideo non est tuta in praxi.

Idque videtur confirmatum ex bulla *Pastoralis* nostri Summi Pontificis Benedicti XIV, edita 5 Aug. 1748, ubi § 5, sic statuit: *Quia si episcopus... in hac re negligens esset, ut monialibus suis bis terve in anno extraordinarii confessarii copiam facere praetermitteret...; tunc volumus..., Majorem Poenitentiarium, statim ac pro parte monialium... requisitus fuerit..., extraordinarium confessarium, ex eorum tamen numero, qui ad excipiendas monialium confessiones ab ipso Ordinario loci approbati fuerint, cum omnibus necessariis... facultatibus concedere et depature*. — Ex quo infertur quod si episcopus negligit dare extraordinarium, nihil aliud monialibus conceditur, quam ad Poenitentiarium recurrere.

In eadem bulla sancitur quod moniales, etsi non teneantur extraordinario confiteri, tenentur tamen ei se sistere ad audienda monita salutaria. — Item, quod episcopi hoc idem observent cum con-

¹ Tom. 6, consult. 98, n. 41. — ^a Confessar. monial., cap. 6, § 6, qu. 1.

^c De confessario extraordinario haec statuit S. C. Ep. et Reg. suo decreto *Quemadmodum*, die 17 Decembris 1890 dato: « Firma remanente quoad confessarios ordinarios et extraordinarios communitatum, quod a sacro-santo concilio Tridentino praescribitur in sess. 25, cap. 10, de regulari, et a s. m. Benedicti XIV statuit in constitutione quae incipit *Pastoralis curiae*, Sanctitas Sua praesules superioresque admonet non extraordinarium denegent subditis confessarium, quod ut propriae conscientiae consultant, ad id subditi adiganter, quin iidem superiores ullo modo petitionis rationem inquirant aut aegre id ferre demonstrent. Ac ne evanida tam provida dispositio fiat, Ordinarios exhortatur, ut in locis propriae dioecesos, in quibus mulierum communitates existunt, idoneos sacerdotes facultatibus instructos designent, ad quos pro sacramento Poenitentiae recurrere eae facile queant».

S. ALPHONSI, *Opera moralia*. — Tom. III.

servatoriis. — Item, quod in articulo mortis, cuilibet moniali postulanti concedatur ab episcopo confessarius particularis. Et si monasterium sit exemptum, non concede praelato regulari, assignetur ab episcopo; vel recusante etiam episcopo, a Poenitentiario Majori, si tempus suppetat. — Item, quod si aliqua monialis renuat confiteri confessario ordinario, deputetur ei alias ab episcopo pro certis vicibus; et si monasterium sit exemptum, a praelato regulari, et ipso recusante, concedatur ab episcopo vel Poenitentiario Majori. — Hortatur autem Pontifex episcopos ne sint difficiles ad peculiariis monialibus extraordinarium confessarium aliquando potentibus concedendum. — Demum statuit quod praelati monialium regulares teneantur bis vel ter in anno assignare extraordinarium, ex probatis ab episcopo ad confessiones monialium, qui saltem semel in anno sit vel saecularis vel alterius ordinis; alias deputet illum episcopos; et eo tempore ordinarius nullius, neque abbatissae neque novitarum, audiatur confessiones^c.

577. — Insuper, quoad confessarios monialium plura sunt hic advertenda.

Notandum 1°. Quod omnes confessarii monialium indigent speciali electione et approbatione episcopi loci^a; ex decreto S. Congregationis, apud de Alexandris².

— Si vero moniales sint exemptae, con-

Confessarii monialium speciali approbatione episcopi indigent.

^a Modo tamen agatur de monialibus quae in proprio monasterio confitentur; si enim extra monasterium confiteantur, non requireti speciale episcopi approbationem. S. C. Ep. et Reg. de hac re plura decreta edidit, et primum quidem, die 27 Augusti 1852: « Aliquando moniales aut ratione sanitatis aut alia causa obtinent veniam egrediendi ad breve tempus ex earum monasterio, retento habitu; quaeritur an in tali casu possint exomologesim suam facere apud confessarios approbatos pro utroque sexu, quamvis non approbatos pro monialibus? — Resp. *Affirmative*, durante mora extra monasterium». — Aliud simile decretum pro sororibus Congregationum votorum simplicium, quae clausurae non subjiciuntur, et in ecclesia parochiali sacramenta percipiunt, datum est, die 22 Aprilis 1872, his verbis: « Sorores de quibus agitur, posse peragere extra piam propriam domum sacramentalem confessionem

fessarii earum praesentantur a propriis praelatis, sed etiam ab episcopo approbantur; ex constit. Gregorii XV *Inscrutabili*: quam confirmavit Benedictus XIII in bulla *Pastoralis* anno 1726, die 27 Martii. Et hoc etiam pro confessione culparum tantum venialium; ut decrevit S. C., apud de Alexandris¹.

Ad trien-
tum tan-
tum eligen-
di.
Limitatio-
nes.

Notandum 2º. Quod confessarii monialium, elapso triennio, declarantur suspensi ab audiendis ipsarum confessionibus, nisi licentiam S. Congregationis obtineant; ex pluribus declarationibus S. C. apud de Alexandris². Et hoc valet etiam pro confessarii conservatoriorum^{b)}; ex alio decreto³. — Putat tamen probabiliter de Alexandris quod si aliquis confessarius eligitur pro supplemento, bene potest confirmari per aliud triennium post tempus supplementi; quia prohibitio de non eli-

gendo confessario ultra triennium, prout odiosa, stricte accipienda est de electione ordinaria, non extraordinaria.

Advertit etiam de Alexandris⁴ quod episcopi in aliquibus locis, ratione deficienciae confessariorum idoneorum, sinunt ipsos durare ultra triennium^{c)}.

Advertit idem de Alexandris⁵ cum Bordono, quod aliquando moniales possunt recusare confessarium ab episcopo deputatum, ex justa causa, nempe si confessarius sit inimicus propinquorum aliarum monialium, vel si sit nimis rigidus, etc.

Notandum 3º. Quod prohibentur eligi in confessarios^{d)} monialium vicarii generales, parochi (si cura notabiliter laedetur), omnes regulares; ex pluribus decreta S. C., apud de Alexandris⁶. Item canonicci poenitentiarii; ex alia declaratione

Gregor. XV, const. Inscrutabili, die 5 Februar. 1622, § 5. — *Bened. XIII, brev. Pastoralis*, § 8. — ¹ Cap. 6, § 6, qu. 2. — ² Loc. cit., qu. 3. Cfr. etiam Bizzarri, *Collect.*, fol. 18, 14 et 26 (edit. 1863); et Pallottini, v, *Sacramentum*

penes quemcumque confessarium ab Ordinario approbatum».

^{b)} Et sane S. C. Ep. et Reg., ad quaesitum: «An confessarii conservatoriorum et monasteriorum singulis trienniis mutandi sint, etsi feminae in conservatoriis degentes, cum non sint stabilitate loci impeditae, identidem, praesertim sorores Caritatis hospitalibus inservientes, passim de una domo et loco in alium locum et domum transferantur», die 29 Januarii 1847, respondit: *Affirmative*. Et ita habetur apud Bizzarri, fol. 126 et 127 (cit. edit.). Idemque declaravit eadem S. C. die 20 Julii 1875, videlicet: «Praescriptiones de immutando triennali confessario applicandas esse tam monasteriis et conservatoriis quam cuiilibet mulierum societati, quae vitam degant *more communis*, habentes confessarios ordinarios, excepto casu quo per pecularia indulta dispensarentur». — Quodsi tamen sorores illae «consuetudinem habeant aut debent confessionem peragere apud parochum in ecclesia parochiali aut in alia ecclesia publica, casum non esse cui applicari possit prohibitio confessarii facta prosequendi ultra triennium; eo quod ipsa infligitur unice confessarii ordinarii, qui ad excipiendas confessiones monasteria, conservatoria aliaque petunt loca, quibus mulieres vitam degunt in forma communis». — Quod autem elapso triennio declarantur suspensi confessarii, hoc non importat nullitatem confessionum; etenim S. C., in eodem decreto declaravit: «Continuatio ejusdem confessoris, in communitate mulierum, ut

supra ultra triennium, absque dispensatione S. Sedis, ad quam exclusive pertinet eamdem concedere, secum non fert absolutionum sacramentalium nullitatem, sed tantum illicitum exercitium istius sacri ministerii».

^{c)} Cum aliquando ex peculiaribus rerum adjunctis evenire possit, ut confirmation ad aliud triennium non solum utilis, sed necessaria sit, hinc eadem S. C. Ep. et Reg., auditio Ordinario et sanctimonialibus capitulariter per secreta suffragia, in casibus particularibus confirmationem indulget ad secundum, ac etiam ad tertium triennium, ea tamen conditione, ut pro confirmatione ad secundum triennium, consensus duarum ex tribus partibus monialium concurrat; et pro confirmatione ad tertium triennium, omnium consensus accedit. Ita Bizzarri, op. et edit. cit., fol. 14. Porro vox illa *capitulariter* intelligenda est de iis sororibus *tantum* «quae ordinarie capitulo intersunt». — Praeterea, in illis dominibus quae non sunt perfecte sui juris, sed sub regimine congregationis generalis detinentur, in quibus nullum unquam habetur capitulum proprium dictum, sed si quaedam occurrent definienda, haec omnia semper referunt ad superiorissam generalem, in iis dominibus, vox illa *capitulariter* intelligenda est «de iis sororibus quae praefatas domos inhabitant tum, quum triennium confessarii completur, et vocem habent in capitulo». Ita declaravit S. C. Ep. et Reg., die 22 Aprilis 1872.

^{d)} Scilicet: ordinarios, ut constat ex pluribus declarationibus S. C. Ep. et Reg. Cfr. *An-*

ana-

S. C. Concilii. Sed bene posse eligi, si episcopus aliter judicaret, sentit de Alexandris¹.

Notandum 4º. Quod ex declaratione S. C. apud de Alexandris², praecipit confessioinalia monialium amoveri a sacristia vel aliis locis occultis, sed collocari in exterioribus ecclesiae. — In necessitate tamen licet audire confessiones in alio loco, modo vitetur aspectus confessarii et monialis; ut advertit de Alexandris.

Notandum 5º. Stipendum confessarii non posse excedere duos julios pro quo-

¹ Cap. 6, § 6, qu. 7. — ² Loc. cit., qu. 8; cfr. Pallottini, v. *Sacramentum Poenitentiae*, num. 196. — *De Alex.*, loc. cit. — ³ Loc. cit., qu. 9. — *Diana*, part. 1, tract. 6, resol. 17. — ⁴ Lib. 6, part. 2, num. 1518. Cfr. etiam Thesaur. Resolut. Sacr. Congr. Conc., tom. 2, fol. 104 et 158.

libet die; ut ex declaratione S. C., apud de Alexandris³. Sed ipse ait hoc videri non esse in usu. — Et Diana ac Scortia^{e)} dicunt quod si confessarius inserviat cum magna patientia et assiduitate, possit abbatis aliquid amplius ei dare ultra stipendum taxatum^{f)}.

Nota hic ultimo quod capellani exercitum nequeunt absolvere milites degentes in praesidiis sine facultate Sedis Apostolicae aut licentia Ordinarii; ex pluribus declarationibus S. C., quas refert Pater Zaccaria apud Croix⁴.

Quid de ca-
pellanis e-
xercitum.

^{f)} Denique notandum venit de monialium confessario quod declaravit S. C. Ep. et Reg. die 4 Martii 1597, nempe: «Abusus declaratur quod confessarius monialium sit constitutus ad vitam vel plurimum monasteriorum». Et Benedictus XIV, in constitutione *Pastoralis curae*, dicit: «Unus tantum confessarius pro quolibet monasterio dependantus».